TRACTATUS THEORETICO-PRACTICUS, *DE* RENUNTIATIONE ACQUÆSTUS CONJUGALIS,

Vom Verzug der Ehelichen Errungenschafft;

In quo

Tùm illa Renunciatio, quâ Conjux Acquæstui, in commodum alterius Conjugis, renunciat,

Tùm & illa, quâ Conjux ab Ære alieno sociali se liberat,

Operosè discutitur,

CUM SUMMARIO RERUM INDICE;

Accurante

FERDIN. CHRISTOPHORO HARPPRECHTO,

JCto & Antecessore.



TUBINGÆ,

Ære GEORG-HENRICI REISII, A. R. S. MDCXCIX.





JOVA JUVA!

PRÆLOQUIUM.

R*Omanorum antiquô illô Regiô Jure, inter Conjuges non ſolùm quoad ſacra & profana; verùm etiam quoad Bona Societatem viguiſſe, illa Romuli ſanctio, quâ Mulierem nuptam, quæ juxta ſacras LL. in manum viri conveniſſet, participem eſſe bonorum & ſacrorum, eam, æquè ac illum, Domûs Dominam eſſe, in ejus defuncti bona, ſicuti Filium in Parentis, heredem ſuccedere, ex aſſe quidem, ſi is ſine Liberis ac inteſtatus decederet; quodſi prolem haberet, ex æquo cum liberis, ſaluberrimè diſpoſuit, evictum reddit; apud Halicarnaſs.* Antiquit. Roman. lib. 2. cap. 26. *Tractu temporis alia omnia Romanis placuiſſe, et non niſi honorariam, ad familiarem videlicet uſum, Bonorum inter conjuges communionem remanſiſſe, uxorum receptitia, paraphernalia & dotalia bona, & quòd illa Maritus, ea-*

rum ingratiis, ne attingere quidem posset, evidenter commonstrant. Sed rectissimè plerarumq; Europaarum Gentium mores, ad illam aquissimam legem Romuli reversos, quastuariam inter Conjuges Bonorum Societatem, tametsi non uno ubiq; Modo, & Effectu, recepisse, plena manu recenset Lamb. Goris, de Soc.Bb.conjug.cap.1.n.13. cum plur. sqq. *& testatur ubiq; ipse quotidianus in Foro Usus. Cùm enim, ut optimè hanc in rem Stagirita,* 3. Politic. *Viri proprium sit acquirere; &* Uxoris *officium, acquisita conservare, sicque etiam ipsa suo studio domestico in id intendat, ne malè dispereant maritales vigilia, eoque in Capit. Caroli Magni hac communio audiat Collaboratio; quomodò, Taciti jam atate, apud nostros Majores, ipsis incipientis matrimonii auspiciis Mulier admonebatur, venire se laborum periculorumque sociam, idem in pace, idem in pralio passuram, ausuramque: ex quo sanè Hodienùm etiam Batavis usitatam Bonorum inter Conjuges communionem promanâsse putat Grotius,* de antiquit. Reip. Batav. cap. 2. *nulla ratio est, quare Mulier quasitorum portione omni debeat arceri, gravissimo judicio Johannis à Sande,*

de, Decc. Frisic. lib. 2. tit. 5. def. 1. *Quia verò, ratione hujus societatis, ad* Uxorem, *tàm Damnorum, quàm Lucrorum conjugaliū communio pertinet, indè non solùm Neonupta in tabulis nuptialibus, Dotem salvam sibi fore, assiduè stipulantur; sed & ille gratiosior plerubiqúe locorum Mos passim invaluit, ut* Uxores, *præsertim post obitum Mariti, Lucris connubialibus renuntiare, insimùlque maritali æri alieno se eximere valeant. De quo ipso in praxi utilissimo articulo, sed ob connubialis hujus Societatis, ceu certis terminis non circumscriptæ anomaliam, in plerisque difficillimæ, agnoscente id Mevio, ad* Jus Lub. p. 1. tit. 5. art. 7. num. 58. *definitionis, & ad illum ulteriùs pertinentibus pluribus, in sequentibus plura, in nomine Numinis!*

§. I.

VErbum, *Renunciare*, tùm apud classicos authores, tùm & nostris in libris πολύσημον esse, vel illa Terentii, in *Andr.* Quasi tibi non renuntiata sint, hæc sic fore; & Marci Tullii, 2. *in Verr.* Renuntio tibi, te hodiernis comitiis esse absolutam, tùm & nostri Ulpiani, in *L.* 42. ibi: *Si tibi mandavi, ut vires excuteres ejus, cui eram crediturus, &* renunciaveris, *eum esse idoneum. ff. mandat.* in *L. 1. §. fin.* verbis: *Is autem tenetur hac actione, qui renunciavit, intellige falsum modum. Sed renunciasse & eum accipere debemus, qui per alium renunciavit. ff. Si mensor fals. mod. dix.* in *L.* 38. §. 1. ibi: *Consiliorum nostrorum renuntiatores. ff. de pœn.* aliaque in-

numera, per Paulum Galleratum, *de Renuntiation. lib. 1. cap. 1.* pleno horreo congesta, testatum faciunt. Hìc loci vocabulum Renunciationis nullum alium, quàm istum, habet significatum, quô aliâs Liti, in *L. 10. ff. de judic. L. 4. Cod. de pact. L. 30. ff. de minorib.* Caussæ, in *L. 7. Cod. de his, qui accus. non poss.* Sponsalibus, in *L. 2. §. 2. ff. de divort.* Nuptiis, in *L. 17. §. 1. de rebus aut. jud. possid.* Exceptionibus; in *L. 4. §. 4. Si quis caution. jud. sist. caus. fact. non obtemper.* Possessioni, in *L. 12. §. 1. de acquir. vel amitt. possess.* Hereditati, in *L. 12. Cod. de legat.* Beneficio, in *L. 3. ff. de testam. milit.* & omnibus illis, quæ pro nobis introducta, in *L. penult. Cod. de pact.* præsertim verò etiam Societati, in *L. 4. L. 14. L. 16. princip. L. 65. princip. ff. pro Soc.* dicimur renunciare, sive ultimam salutem aut valedicere. Sicut enim in Jure nostro ille suo privilegio, beneficio, vel juri dicitur renunciare, qui jus sibi competens à se abdicat & repudiat, Alciat. ad *L. Detestatio. num. 21. ff. de verb. signif.* Gallerat. *d. cap. 1. num. 16.* Brederod. in *thes. sentent. Jur. voc. Renunciare*: ità etiam in proposito Acquæstui conjugali ille renuntiat, qui Lucris conjugalibus, sive Bonis constante conjugio quæsitis, quasi ultimum vale dicit, evidenter nempè nuntians sive significans, se de illis nullatenùs participaturum. Addat. in sim. Hubert. Giphan. *de Renunciation. pag. 15.*

§. II.

Vox, *Acquæstus*, in præsenti, non in illo strictiori sive rigidiori significatu accipitur, quô præcisè Lucrum denotat, sive quæstum effectivum, deductô videlicet omni Ære alienô: Sive id, quod deductâ & extractâ cujusque illatâ sorte, propriisque bonis, superest. Abr. à Wesel, *de Connub. Bb. societ. tr. 2. cap. 2. num. 156.* Lucrum enim sociale, seu Acquæstus conjugalis, cum effectu & propriè non aliter intelligitur, nisi priùs deducatur omne Æs alienum hujus connubialis societatis, arg. *L. 27. L. 30. ff. pro soc. L. 39. §. 1. ff. de Verb. signif.* Charondas, in *Observat. jur. Gallici, pag. 11. voc. Acquests.* Christenius, *tract. de commun. bonor. diss. 4. Q. 42. pag. 554.* Christinæus, ad *LL. Mechlinienf. tit. 16. artic. 35.* & *Dec. Belgic. vol. 2. Dec. 58.* Joh. à Sande, *Decc. Frisc. lib. 2. tit. 5. def. 3. §. Soluto enim matrimonio.* Petr. Sanz de Morquecho, *tract. de Divis. bonor. lib. 2. cap. 12. num. 2.* B. Dn. Lauterbach, *de ære alieno in societat. conjug. contracto, §. 50. num. 2.* Sed in illo latiori seu nonnihil laxiori significatu,

ut

ut denotet omnium durante conjugio acquisitorum quandam universitatem, cum ære alieno adhucdùm permixtam, seu à qua Debita hujus societatis adhuc deducenda sunt: quomodo dicunt, quòd, si v. gr. Maritus Uxori omnem Acquæstum conjugalem legaverit, ei quædam universitas censeatur legata, à quâ Debita, aliis exindè præstanda, adhuc sint deducenda. arg. *L. 6. princ. & §§. seqq. L. 8. L. 18. ff. de pecul. leg.* de quo optimè Grivellus, *Decis. Dol. 95. per integr.* Tulden. ad *tit. Cod. ne uxor pro marit. n. 8.* Dn. Lauterbach, *d. l.* Christinæus, *Decc. Belgic. vol. 1. Dec. 206. num. 10. & seqq.* Si enim, verbi grat. post mortem Mariti, ex confecto Inventario, & calculotenùs factâ computatione utriusque Allatorum, Ærisque alieni ex Massa solvendi, manifestè constaret, effectivè & verè, matrimonio constante, aliquid Lucri seu Acquæstum paratum superesse, nemo tàm resupinus vel stolidus fuerit, ut facilè portionem sibi debitam jactet, & ejusmodi effectivo Acquæstui renunciet. Igitur voce Acquæstûs ipsa Bona, seu Res durante matrimonio à Conjugibus acquisitas hîc significamus; quibus ipsis si conjux repudium mittat, ipsa etiam ab onere Æris alieni per tempora constantis matrimonii contracti se eximere poterit. Videat. in simili Joh. Grivellus, *d. Dec. 95. num. 9.* Joh. à Sande, *cit. loc.* Gars. *de Acq. Conjug. num. 1.* Addantur tractatus Roderici Suarezii, Johannis Lopes, & Didaci à Segura, *de bonis constante matrimonio acquisitis*, Johann. Franc. Balthasar, *pract. Resoll. lib. 1. Resol. 1. num. 63.* ubi scribit, ea Bona, quæ Conjuges communi labore & industria, constante matrimonio, acquisiverunt, Acquæstus sive Lucra conjugalia appellari. Joh. Garsias, *de acq. Conjug. num. 1.* Licet autem aliàs plerosque Gallorum distinguere videamus inter Bona acquisita & conquisita, Acquests & Conquests; Acquisita vocantes, quæ vel ante matrimonium, vel eôdem solutô, ab alterutrô parta sunt: Conquisita, quæ stante illô sunt comparata; Tronçon, *sur les Constitut. de Paris, art. 112. verb. Acquests. & art. 220. verb. Conquests.* Buridan, *Sur Vermandois, art. 113.* Tamen nobis hæc nomina, Acquisita, Conquisita, Quæstus, Acquæstus, promiscui usûs vocabula sunt, id omne notantia, quod constante matrimonio, ultra Bona, quæ tempore matrimonii contracti cujuslibet peculiaria fuerunt, acquiritur. Abraham. à Wesel, *de Connub. Bb. societ. cap. 2. num. 6. cum sqq.* De

eo verò, num Acquisita constante Conjugio Lucra propriè appellari mereantur? videri potest Did. Covarruv. *de Sponsal. part. 2. cap. 7. §. 1. num. 8. in fin.* Ar. Pinell. ad *L. 1. part. 1. num. 37. in fin. Cod. de bon. matern.*

§. III.

Tandem vox *Conjugalis* nihil aliud insinuat, quàm quòd nobis hîc sermo sit de illo Acquæstu, qui à Conjugibus, constante matrimonio, in illa bonorum Societate, quæ nostris moribus, plerubique locorum, inter illos, hoc ipso, quòd nuptias coëunt, tacitè inita censetur, & præsertim in Locis, ubi ista Societas est universalis simpliciter Bonorum, ut in nostro Ducatu, ut & cæteris compluribus Germaniæ provinciis, legitimè acquiritur: de quibus plenissimè disquirentes videri possunt Lambertus Goris, *tract. 1. de Societ. Conjug.* Abrahamus à Wesel, *Tract. de Connub. Bb. societ.* Joh. Heeser, *de acquæstu Conjugali.* B. Dn. Lauterbach, *de Societ. Bb. conjug. per integr.*

§. IV.

Renunciatio Acquæstus Conjugalis describi potest, quòd sit actus, quo Conjux Lucris stante conjugio acquirendis, vel acquisitis, in gratiam alterius, vel primariò hoc fine, renunciat, ut ab Æris alieni socialis, per Conjugem contracti, solutione liberetur, & hôc modô sua Bona in societatem conjugalem illata (plerubique) recuperet.

Dicimus, quòd hæc renunciatio sit Actus: Quô ipsô, ceu generali vocabulô, omnia, sive re, sive verbis gerantur, suo ambitu complectente, *L. 19. ff. d. Verb. sign.* nostri passim utuntur, & specificè in cujuslibet renunciationis descriptione, Paulus Galleratus, *d. tract. libr. 1. cap. 8. n. 6. vers. Omissis his. & num. sq.* ubi latiùs hujus actûs naturam exequitur. Reliqua verba hujus Descriptionis continent differentiam specificam, quâ hæc Renunciatio innumeris aliis renunciationum speciebus contradistinguitur; de quibus in seqq. Junguntur intereà, quæ pro dilucidandâ hâc descriptione peti possunt ex traditis Nicolai Vallæ, *tract. de Reb. dub. 13. num. 10.* Pauli Christinæi, *Vol. 1. Dec. 206. n. 13.* Joh. Lopes, *de Lucro mar. & ux. cap. 7. aliàs. §. 63. n. 2. & cap. 10. aliàs. §. 66. n. 3.* Joh. Grivelli, *Dec. Dol. 13. n. 2.* Joh. Heeseri, *de acquæstu Conjug. part. 2, Loc. 16. n. 166.* ubi optimè docet: Quòd solutô matrimoniô, liberum sit Mulieri, So-

cietati

cietati renunciare, aut etiam, si velit, acceptare. Itaque, si lucrosa sit societas, Vidua participem se lucri profiteri, si damnosa, nec ullum indè lucrum speretur, Societati renunciare possit: Quô casu sua illata repetat, nec ullô æris alieni incommodô implicetur. Dn. Lauterbach, *de ære alieno in Soc. conj. contracto*, §. 71. ubi vide omninò. A Dd.bus illa variis effertur nominibus, dùm etiam **Bonorum communium repudiatio** appellatur. Renat. Choppinus, *de mor. Parisior. lib. 2. tit. 1. n. 14.* Idem de *LLb. And. lib. 3. tit. 2. num. 5.* Item **Cessio Bonorum**; Gallis **Renonciation à la Comunauté**; Choppinus, *de mor. Parisior. d. l. num. 22.* & *de LL. And. d. l. num. 5.* Chassanæus, ad *Consf. Burg. Rubr. 4.* §. 20. *n. 8.* ibi: *Quædam cessio bonorum particularis.* **Cessio conquestuum**; Abr. à Wesel, ad *Novellas Ultraject. art. 10. n. 53.* imò etiam **Beneficium abstentionis.** Argentræus, ad *Consuet. Britann. art. 415. Glofs. 2. n. 1.* **Communium facultatum repudiatio**; Choppin. *de LL. And. lib. 3. tit. 2. n. 18.* **Mortuariæ domûs renunciatio**; Wesel, *tr. 2. cap. 3. num. 133.* vel **Abdicatio**; Wesel. *ibid. n. 137.* **Bonorum abdicatio**; Idem, *cap. 3. n. 142.* **Renunciatio Lucrorum**; Gutierrez. *pract. Quæst. lib. 2. Q. 126. n. 1.* Garsias, *de acq. conj. n. 147.* **Jus cedendi bonis communibus**; Christinæus, ad *LL. Mechlin. tit. 9. art. 8. n. 30.* In nostrâ vernaculâ appellatur **Ein Verzüg der Errungenschafft** &c. Videatur Reformat. Francof. *part. 3. tit. 7. art. 6.* ibi: Der beschehene Verzüg/& *art. 11.* ibi: Deß Verzügs und Separation. Chur Pfältzl. L. R. *part. 4. tit. 17.* §. 2. ibi: Verzüg deß Verstorbenen Güther. & §. 4. ibi: Solcher Verzüg und Absonderung der Güther.

§. V.

Divisiones hæc Renunciatio nullas peculiares habet. Si quis tamen eandem, juxta ea, quæ infrà sumus exhibituri, à *Causa efficiente* dividere velit in **Expressam & Tacitam**; jungatur Grivellus, *d. Dec. 13. per integr.* Argentr. ad *Consf. Brit. art. 415. d. 3. n. 1.* Heeser. *d. tract. part. 2. Loc. 23. n. 357.* & quæ infrà adducimus in §. 41. ratione *Subjecti* in Renunciationem Mariti & Uxoris; de qua interim adiri potest Andr. Kohl. ad *Constit. Marchic. Quæst. 5. n. 9.*

Ratione

Ratione Objecti, quòd illa vel fiat de Bonis adhuc dùm acquirendis, vel de jam acquisitis. Adeatur omninò Joh. à Sande, *Dec. Fris. lib. 2. tit. 5. Def. 8. vers. Si mulier.* Joh. Lopes, *dict. cap. 7. n. 2.* ibi: *Non solùm, si à principio pactum intervenit de non acquirendis bonis* superlucrandis; *Verùm etiam si* constante *matrimonio: Quin imò etiam si* soluto, &c. Peck. *de testam. Conjug. lib. 2. cap. 1. n. 3.* & vel de universis Lucris connubialibus, vel de certâ tantùm illorum Parte; Ratione *Adjuncti*, quòd illa vel tempore matrimonii contrahendi, vel constante, vel demùm dissolutô illô fiat; Ratione *Finis*, quòd illa vel in commodum alterius Conjugis, Liberorum, Cognatorum, & sic deinceps, licet, per consequentiam, interdùm etiam cum damno Creditorum, quos habet Renuncians, vel directò hoc ipso fine, ut Conjux renuncians se ab ære alieno Sociali exoneret, sicque, in Creditorum perniciem fiat, nos non habebit refragantes.

§. VI.

Causa Efficiens Remota hujus Renunciationis est Jus, permittens, ut vel statim ab ipsis matrimonii auspiciis, vel illô constante, vel jamjam solutô, Conjux, Lucris quærendis, vel jamjam quæsitis, se abdicare, iisdemque vel in commodum alterius Conjugis, Liberorum, &c. vel in sui ipsius commodum ità abstinere, & hôc factô, ab omni nexu Æris alieni, tametsi socialis, sive ob causam Societatis, à Conjuge contracti, se eximere valeat: Non quidem Commune, ut scribit Heeserus, *d. part. 2. loco 23. num. 345.* ibi: *De Jure Communi aliter se res habet.* seu Justinianeum: Quippe quod, sicut ipsam conjugalem Bonorum societatem, ità etiam hanc Quæstuum Renunciationem ignorat; per deducta Brunnemanni, *tr. de jure Eccles. lib. 2. cap. 16. aph. 17.* Neostadii, *de pact. antenupt. Observ. rer. judic. 9.* Joh. à Sande, *lib. 2. tit. 5. def. 1.* Richteri, *vol. 2. Cons. 75. num. 6. 7. & 8.* Mevii, ad *Jus Lub. part. 1. tit. 5. art. 5. n. 5.* Abrah. à Wesel, *de Connub. Bb. Societ. tr. 1. n. 3.* Franzkii, *lib. 2. resol. 11. n. 4. & sqq.* Christenii, *de causis matrim. Diss. 4. pag. 505.* JCtor. Argentorat. apud Klock. *tom. 4. cons. 96.* Marii Giurbæ, ad *Consuet. Messan. cap. 1. gloss. 6. n. 3. & 4.* Kohlii, ad *Const. Marchic. quæst. 2.*

ubi

ubi etiam ad obstantia nervosè respondet. Et solùm qualem qualem, ut loquitur Struv. *exerc. ad ff. 29. thes. 56.* Kizel. in *Synopsi matrim. cap. 7. theor. 6. lit. a.* seu honorariam quandam Communionem, seu promiscuum usum bonorum agnoscit; Abr. à Wesel, *d. n. 3.* Anton. Matthæus, *de Matrim. Disp. 4. thes.* 22. noviss. Frider. Müller, in *Pract. March. rer. forens. Resol. 90. n. 6.* Papon. in *Corp. Jur. Franc. lib. 15. tit. 2. Arr. 1.* Nec etiam Canonicum; juxta ea, quæ disserit Lambert. Goris, *d. tract. 1. cap. 1. n. 12.* Mevius, *dict. part. 1. tit. 4. art. 5. n. 7.* Covarruv. *de matrim. part. 2. c. 7. §. 1. n. 5.* D. Lauterbach, *de Societate Bb. Conjug. c. 2. §. 6.* Verùm Consuetudinarium: in quantum videlicet non de illâ expressâ, quæ etiam secundum LL. Romanas inter Conjuges procul dubio contrahi potest; *L. 16. §. ult. de aliment. leg. L. 17. §. 1. sol. matrim.* Goris, *d. cap. 1. n. 10.* Maynardus, *Sing. Quæst. lib. 2. cap. 72.* sed nobis propositæ considerationis materiam vix constituere potest; Verùm de illa Statutariâ, sive consuetudinariâ Bonorum inter Conjuges communione, sive societate, quæ moribus modernis, ante aliquot jam secula, inter Conjuges introducta, in plerisque Europæis Regionibus frequentatur, quæstio est. Ex quo rectè hanc Fœminis competentem Optionem, ut post mortem Mariti ipsæ bonis conquisitis renunciare, simùlque æri alieno maritali se eximere possint, mulierculis gratiosum & tutum Morem appellitat Wesel, *de Connub. Bb. societ. tract. 1. n. 20.* & Bertr. Argentræus eam moribus Gentium repertam Rationem, ut renunciatione rerum communium Mulieres debitis exuerentur, veluti Colubri depositâ senectute leberide, notabiliter nominat, ad *Consuet. Brit. art. 415. gloss. 1. n. 2. pag. nobis 1604.* Addatur Choppin. *de morib. Paris. lib. 2. tit. 1. num. 21.* ubi istam muliebrem renunciationem perveterem immunitatem appellat, quæ Jani Butelerii testimonio obtinuerit ubique.

§. VII.

Cæterùm hæc ipsa facultas Acquæstibus renunciandi, & ab ære alieno Sociali sese eximendi, modernis moribus usque adeò recepta est, ut verissimè de illa affirmare valeamus, nihil illâ usitatius, nil frequentius esse; prout equidem in terminis de hac Marchiæ Brandenburgicæ frequentissima consuetudine, quòd, si Conjux præmoriens grande reliquerit æs alienum, ejus Viduæ permittatur, ut

ipsa Dotem & illata sua repetat, & ècontra Dimidiam bonorum repudiet, testatur Kohlius, ad *Constit. Marchic. quæst. 5. n. 1.* Schepliz, ad *eandem, part. 3. tit. 2. §. 1. & 3.* Eandemque Consuetudinem etiam in Hispaniâ receptam esse, autor est Garsias, *de acquæstu conjug. num. 155.* extatque specialis illius approbatio in *L. Tauri 60.* ad quam videsis Gomezium, Alphonsum de Azevedo, & alios. Giurba, ad *Cons. Messan. cap. 1. gloss. 8. part. 1. n. 28. in fin.* Nec minùs eandem in Burgundiâ, Belgio, & Hollandia frequentari, elucescit ex congestis Abrah. à Wesel, *de Connub. Bb. soc. tract. 2. c. 3. n. 129. & sqq.* Chassanæi, ad *Cons. Burg. Rubr. 4. §. 19.* ad verba: *Faire la renonciation.* Grivelli, *Decis. Dol. 13.* Grot. *Isag. lib. 1. part. 5. vers. Hawel. num. 40.* Cornel. Neostad. *de pact. antenupt. observ. 9.* Jacobi Coren. *cons. 7. lit. d.* Grœneweg. ad *L. 30. n. 3. Cod. de jur. dot.* De usu Galliarum idem refert Argentræus, *cit. loc.* Nec minùs quòd illa in hac quoque superiore Germania, posita connubiali Bonorum inter Conjuges communione, locum pariter obtineat, tùm illud, quod proximè de usu Marchiæ Brandenb. retulimus, tùm ea, quæ infrà ex Jure nostro Provinc. Würtemberg. & ad illud tradituri sumus, abundè patescet. Conferat. intereà Jus Provinc. *part. 1. tit. 76.* §. Nicht weniger. Et quæ ex Ordinat. Nassovicâ adfert Joh. Heeserus, *de Acquæstu conjugali, part. 2. Loco 16. n. 165. & 168.* Addatur Reform. Francof. *part. 3. tit. 7.* Jus Provinc. Comitatûs Solmensis, *part. 2. tit. 28. art. 7.* Statuta Ulmens. *part. 1. tit. 9.* Jus Provinc. Palatin. *part. 4. tit. 17. artic. 2. & seqq.* Plura talia Statuta recensent Authores laudati Christinæo, ad *LL. Mechlin. tit. 9. art. 8. in addit. ad n. 1.* Addat. Giurba, ad *Consuetud. Messan. cap. 10. Glos. 8. part. 1. num. 1.* ubi plurimas hanc in rem autoritates accumulat. Domini Antecess. apud Besold. *Cons. 92. num. 3.* ubi istam communem Ddrum traditionem appellant.

§. VIII.

Causa hujus facultatis, lucris connubialibus renunciandi, impulsiva, seu efficiens minùs principalis, quæ LLatores, ut expressâ vel tacitâ sua legislatione locum ei concesserint, ipsosque Conjuges ad renunciandum movere potest, non una nobis esse videtur: Vel enim hæc ipsa Renunciatio in ordine ad ipsos Conjuges, vel in ordine ad Creditores, & quandoque ad Conjugum Filios, quos habent, vel ex illo matrimonio suscipere sperant, consideratur.

Quate-

Quatenùs illa in ordine ad ipsosmet Conjuges consideratur, magna quidem inter Nostros altercatio est: Utrum Maritus in favorem Uxoris, & Uxor ècontra in commodum Mariti, acquæstui conjugali renunciare queat? Et cùm hæc ipsa Renunciatio vel sub ipsis matrimonii inchoati auspiciis, vel eodem constante, vel denique finitô eô, fieri possit, proindè, secundum hæc tria Tempora, illius Rationes breviter perlustrandæ erunt. Quantum itaque ad Primum, per Sponsalia tantùm inchoati matrimonii Tempus, seu Casum, hîc, ut omnium Interppr. concors habet definitio, quod Consponsi conjugali, juxta Loci Statuta vel Consuetudinem, aliàs obtinenti, bonorum & quæstuum communioni, speciali suo pacto, in totum, vel tantum, benè renunciare possint: Chassanæus, ad *Consf. Burg. Rubr.* 4. §. 2. in verb. *Et acquests. n.* 15. Suarez. *de lucro mariti & uxor. cap.* 21. *n.* 24. Lopes, *cap.* 7. *n.* 2. talisque Conventio, quòd v. gr. Maritô mortuô, Uxor sua solummodò allata auferre, & ex bonis Mariti certam rem vel pecuniam (Non quidem jure societatis; quippè quæ citra lucri seu acquestûs conjugalis communicationem nullatenus subsistit; per *L.* 29. §. *fin. ibiq.* Dd. *ff. pro soc.* sed ex bonis Mariti, jure Donationis consequitur & accipit. Dn. Lauterbach, *de ære alieno in societ. conjug. contracto solv.* §. 9.) accipere debeat; Omnibus èontra, constante matrimonio quæsitis, Lucris Marito soli reservatis; Vel quòd, loco dimidiæ, saltem tertia vel quarta Acquæstuum pars ad alterutrum Conjugem spectare debeat, validissima sit; per tx. in Jure nostro Provinc. *part.* 3. *tit.* 7. *pag.* 350. in verbis: Ohne sondere *Paction*, Bedingung/&c. & doctrinam Christinæi, *Dec. Belg. vol.* 3. *Dec.* 135. *n.* 16. Argentræi, ad *Consuet. Brit. art.* 418. *verb. les acquets. n.* 5. Chassanæi, *d. l.* Boërii, ad *Consuet. Bituric. tit. de consuet. matrim.* §. 2. Christenii, *de caus. matrim. Diss.* 4. *Q.* 37. Grivelli, *Dec. Dol.* 13. *num.* 1. Kizel. in *Synopsi matrim. cap.* 7. *theorem.* 7. *lit. l.* post Mignon. & alios, quos laudat, Peckii, *d. T. C. lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 3. Nicol. Henelii, *de jure dotalit. in mantissa de commun. Bb. inter Conjuges*, *in fin. num.* 508. *& seqq.* D. Lauterbachii, *d. tract.* §. 9. *n.* 7. & *de S. B. conjug. cap.* 2. §. 24. & *cap. ult.* §. 1. ità veras hujus Juris Rationes indagantibus, Primò, illa se sistit, quòd Conjux, hoc pacto, de suo patrimonio nihil diminuat, &, quoad Lucra adhuc acquirenda, incertæ planè spei ità renuncietur: Quòd, secundò,

hîc nulla, inter Conjuges quidem; ſed non inter Conſponſos, qui nondum Vir & Uxor ſunt, prohibita Donatio celebrata dici poſſit; *L. 66. §. 1. de donat. int. vir. & ux. L. 9. C. de donat. ante nupt.* Quòd, Tertiò, ob nuptias eo magis & faciliùs conciliandas, ex. gr. inter valdè locupletem & induſtrium Mercatorem, cum Virgine paupere, (jungat. Gutierrez. *pr. Qq. lib. 2. Q. 126. n. 2.* Molina, *de J. & I. tr. 2. D. 435. n. 1.*) vel cum marito, ex priore matrimonio liberos habente, in quorum præjudicium ſuas opes, queis pollet, & futuros quoque reditus, cum futura Noverca non libenter communicat, (Roderic. Suarez. in *tit. de les ganancias, n. 24.*) donare vel maximè integrum ſit. Menoch. *conſ. 496. n. 107.* Giurba, ad *Conſuet. Meſſan. cap. 1. gl. 8. part. 1. n. 8.* Quòd, 4.tò, omne, noſtrarum rerum, multoque magis noſtrorum Liberorum in matrimonium traditioni adjectum Pactum, niſi illud ſpeciatim legatur prohibitum, validiſſimum eſſe jubeat generalitas *Legis 48. ff. de pact. L. ult. Cod. de pact. int. empt. & vend.* in terminis Henelius, in *dicta mantiſſa, pag. penult. & ult.* Aldovin. Aldovinus, *conſil. 85. n. 17.* Gutierrez, *pr. Qq. lib. 2. Q. 126. num. 1.* Sanchez, *de matrim. lib. 6. Diſp. 5. n. 1.* poſt plures, quos laudat, laudatus Giurba, *cit. loc.* optimè Sanz à Morquecho, *tr. de diviſione bonor. lib. 2. cap. 16. num. 1.*

§. IX.

Circa ſecundum, conſtantis nimirum conjugii, Tempus non quidem nos latet, plures paſſim à Ddb. pro Negativa, Rationes afferri, ob quas iſta facultas lucris connubialibus renunciandi omnimodò prohibita cenſeri debeat: Tùm, primò, ex eo, quòd ejusmodi remiſſio lucrorum conjugalium, ſi præſertim de jamjam acquiſitis quæratur, nihil aliud, quàm vera, Donatio ſit; notante Roberto, *rer. judicat. lib. 4. cap. 1.* ubi ità deciſum refert. Molina, *de J. & J. Diſp. 435. n. 2.* Valaſco, *Deciſ. 103. n. 29.* Sicut autem inter conjuges regulariter & in genere gratificandi poteſtas inhibita; ità etiam hæc ipſa Acquæſtûs cedendi munificentia intelligitur prohibita: Joh. à Someren, *de jure noverc. cap. 9. §. 2.* Tùm, 2.dò, ex eo, quòd hæc renunciatio, ceu Renunciantis futuros hæredes Statutariâ lucrorum portione privans, ipſamque Uxorem illis renunciantem non ſolùm ad deſidiam; ſed & planè ad furtivam rerum amotionem, & exindè ſubnaſcentem inter conjuges perfidiam, rixas, & jurgia, aliaque graviora

viora invitans & incitans, ab iniquitate haud immunis videatur; Joh. Frider. Sol, *de bonis const. matrim. acquis. Q. 25. n. 3.* Tùm &, 3.tiò, ex eo, quòd, admissâ hujusmodi renunciatione, in uxoris arbitrio positum foret, Legitimam Parenti vel prorsùs auferre, vel insigniter imminuere; contra regulam *L. 15. ff. de inoff. test.* ut alia taceamus, quæ & ipsa exequitur laudatus Sol, *cit. loc. num. 4.* Veruntamen meliores pro Affirmativâ, ob quas nempè hujusm. Renunciatio, etiam constante conjugio facta, admitti debeat, Rationes, ab aliis, & has inter non ultimæ, istæ nobis commendantur: Quòd, quando Maritus solus omne periculum negotiationis, suæque Uxori, intereà alendæ, aliquando reddendorum illatorum in se recipit, nulla subsit iniquitas, si ei vicissim, ex specifico Uxoris consensu & placito, ab incerto plerumque eventu pendentia lucra connubialia solitariè cedant; arg. *L. 10. §. 8.* ibi: *Si suo periculo credidisset. ff. mandat.* Roderic. Suarez. *tit. de les ganancias. Q. 2. n. 24. pag. nob. 21. in med.* Sol, *d. Q. 25. n. 7. vers. Secundò prædicta.* ubi plura accumulat hùc pariter facientia: Quòd etiam in casu, quô matrimonium ad morganaticam contrahitur, consimile Pactum, quòd talis Uxor, ejusve Filii, de bonorum Mariti majori parte, quàm fuit conventa, gaudere non debeant, validum pronuncietur. 2. *Feud. 29.* Sol, *d. n. 7.* Quòd, tametsi hæc ipsa Renunciatio donationem inter conjuges sapiat; illa tamen pro valida haberi debeat, cùm non pauperiorem reddat Donantem sive Renunciantem; etiamsi Donatarium seu Renunciatarium locupletiorem. Marius Giurba, *d. part. 1. n. 16.* Vel enim de Lucris in futurum acquirendis, vel de jam acquisitis Q. formatur: Illis quin Conjux, in conjugis commodum, efficaciter renunciet, non tanta à Nostris dubitatio movetur, cùm in talibus speciebus, ubi Conjux de bonis perfectè acquisitis nihil deperdit; sed tantùm acquirenda acquirere renuit, nihil ejus patrimonio censeatur decedere. *L. 6. princ. ff. de his, quæ in fraud. cred. d. L. 5. §. 5. de jure dot. L. 5. §. 13.* in verbis: *Neq; enim pauperior fit, qui non acquirit; sed qui de patrimonio suo deposuit. ff. de donat. inter vir. & uxor.* Lopez. *Rubr. de donat. §. 47. n. 19.* Gratian. *discept. for. cap. 132. n. 19.* Gutierrez. *pract. Qq. lib. 1. Q. 126. n. 5.* Franc. de Caldas, ad *L. Si curatorem. gloss. Sua facilitate. num. 7. Cod. de in integr. restit.* Boërius, *Dec. 244. n. 2.* Addat. Bichius, *Dec. 292. num. 27.* Cardin. de Luca, *in theatro Verit. disc. de credito 40. n. 13.* Hier. Rocca, *select. Jur. Dispp. vol. 1. cap. 49.*

 per

per tot. Si verò de Lucris, per aliquot annos, quibus constitit matrimonium, jam quæsitis quæratur; tamen etiam illa, in Conjugis favorem, remittere licere, communissimè concludunt; eò quòd Remittens nec hactenùs reverà pauperior fiat; cùm, quamdiu conjugium adhucdùm durat, Dominium bonorum eousque quæsitorum, ad Uxorem nondùm verè pertineat, nec realis eorundem incorporatio, per actum verum & naturalem, in Uxoris patrimonium, facta adstrui possit; argumento ab aliâ quæstuariâ Societate petitô, de qua constat, acquisita per unum ex sociis, ipsi societati non ipso jure comunicari; sed duntaxat ad eadem communicanda Actionem pro socio paratam esse. tx. expr. in *L. 74. ff. pro soc.* eleganter Grivellus, *Dec. 114. n. 15.* ubi alias plures, quæ tamen non ubique locorum locum sortiuntur, Rationes adducit. Adde Marium Mutam, ad *Conf. Panormit. cap. 44. num. 39.* Et quemadmodum Legatum, non obstante legali Dominii transitu, tamen Uxor, in gratiam sui Mariti, benè repudiare potest; ità idem hîc quoque asserendum existimat, post plures, Giurba, *cit. loc. n. 14. & seqq.* Palat. Rub. *ad rubr. de don. inter vir. & ux.* §. *47. n. 13. 19. & 20.* ubi ità judicatum notat; post alios, quos laudat, Petrus Sanz. de Morquecho, *de divis. bonor. lib. 2. cap. 16. n. 2.* ibi: *Quæsitis & quærendis.* Heeser. *d. Loco 16. n. 145.* ubi plures allegat. Peck. *de testam. Conj. lib. 2. cap. 1. n. 3.* Garf. *de A. C. num. 147.* Gomez ad *L. Tauri. 60. circ. med.* Alii verò existimant, talem jam quæsitorum renunciationem, cùm Maritus haud dubiè in parte dimidia verum & plenum, ex proprio contractu & subsecuta traditione à se ipso acquisitum; Uxor verò (minimùm plerubique locorum) in alterà Dimidiâ, Dominium ipsô jure absque Traditione, sola legis potestate quæsitum habeat, ceu veram inter Conjuges donationem, in se quidem invalidam esse; veruntamen morte Renunciantis convalidari. arg. *L. 25. Cod. de don. inter vir. & ux.* de quo plura inferiùs. §. *40.* Addantur plura hùc porrò spectantia, quæ de his commentatur Joh. Frid. Sol, *d. Q. 25. num. 5. & seqq.*

§. X.

De tertio Casu, matrimonii videlicet per mortem soluti, imò etiam per Divortium, quin uxor in gratiam v. gr. Liberorum (jungat. in simili Peck. *d. cap. 1. n. 3.*) quò videlicet illi tanto meliùs educari, meliusque dotati tanto citiùs honestam nubendi conditio-

ditionem reperire queant, Acquæstui conjugali renunciare possit, nemo ullus est, qui dubitet; & in puncto ità docet Petr. Sanz, *d. cap. 16. n. 3.* ibi: *Meliùs procedunt soluto matrimonio.* Gutierrez. *pr. Qq. lib. 2. Q. 126. n. 3.* ubi dicit, hanc lucrorum conjugalium renunciationem, quæ fit ab Uxore, vel ejus Heredibus, soluto matrimonio sine dubio procedere; cùm tunc nihil ei obsit. Cùm enim & tacitè renunciare possit, nihil scil. ex Lucris prætendendo vel capiendo, Chassan. ad *Conf. Burg. Rubr. 4. §. 4.* ad verba: *Ne peut. n. 6.* quare magis expressè huic Juris favori pro se introducto poterit renunciare. *L. pen. Cod. de pact.* Chassan. *d. rubr. 4. §. 2. n. 15.*

§. XI.

In Secundo principali Membro, si nimirum hanc quæstuum renunciationem in ordine ad Creditores v. gr. maritales consideremus, contra illam urgentem LL.um definitionem, quòd natura quæstuariæ Societatis, sive veræ Bb. communionis hoc nullatenùs admittat, ut, per Societatis vel Acquisitorum renunciationem, socius alteri renuncians ab ære alieno sociali liberetur; jungat. Stryk, *de Success. ab Intestat. D. 4. c. 3. n. 37.* Kohl. ad *Const. March. Q. 1. n. 3.* noviss. Müller, in *Pract. Marchic. rer forens. Resol. 90. n. 11.* in simili Giurba, ad *Conf. Messan. cap. 1. gloss. 8. p. 1. n. 44.* Causa LLatores ad eandem inducendam impulsiva seu movens non una Æquitatis ratio esse videtur. Primò enim, cùm magna maritorum potestas sit in contrahendis obligationibus, ex quibus indistinctè ad pignorationem tùm rerum communium, (pro diversa natura hujus Societatis, quam in diversis regionibus habet) tùm ipsius Uxoris quoque obligationem venitur, haud raro insciis, & quandoque, si possent, reluctantibus Uxoribus, æquum sanè non erat, ipsas ultra communia, seu Bona, seu Lucra, creditoribus obstringi, neque Ratio patiebatur, ipsarum patrimonia Marito allata, ex facto illius, atque ità alieno, periculo subjici. Quare moribus Gentium æquissimus hic mos in Mulierum præcipuè favorem & gratiam, (jungat. Hecser. *de Acquæstu Conj. p. 2. Loc. 16. num. 166.*) admissus est, ut, communium lucrorum renunciatione, Uxores omnibus hujusmodi debitis à marito contractis, utut maximè socialibus, exuere se possent. Argentræus, ad *Conf. Brit. art. 415. glos. 1. n. 1.* Christinæus, *Dec. Belg. vol. 1. Dec. 209. n. 6.* Et cùm Uxor ad dimidiam v. gr. debitorum

socia-

socialium portionem, ex nullâ aliâ, quàm consuetudinariæ societatis, sive communionis bonorum Ratione, exsolvendam obstringatur; quare nec inconveniens nec incivile esse Nostri existimant, ut, si ipsa lucrorum, alibi etiam mobilium, alibi omnium Bonorum Dimidiam repudiet, etiam à Dimidiâ debitorum socialium, ceu, ex istâ benignâ Juris dispositione, non ampliùs Socia, immunis evadat. Chassan. ad *C. B. rubr. 4.* §. *20.* ad verbum: *Desceindre. n. 8. vers. Et ratio hujus Consuetudinis est.* Adde quòd Creditoribus hæc renunciatio non aliter damnosa vel oneri sit, quàm ubi & quatenùs Facultates Mariti, unà cum illis, quibus Uxor renunciat, ad credita ipsorum exsolvenda non sufficiunt; cùm contra Maritum & ejus Heredes, non solùm quoad Bona ejus peculiaria; verùm etiam quoad ea, quibus Uxor hoc modo renunciavit, actiones suas salvas procul dubio retineant; eleganter Argentræus, *cit. loc. n.* 2. Et omnium maximè in illis locis, ubi universalis in specie universarum fortunarum societas bonorum inter Conjuges viget, (ut in Provincia Ultrajectinâ, Sabaudiâ, Geldriâ, Ducatu Cliviæ, Civitate Sleswicensium, Lusitania, & alibi. Jungat. Wesel, *tract. 2. cap. 3. n. 130. & seq.* Goris, *d. tr. cap. 1. n. 24. & 26.* Frid. à Sande, ad *Consuet. Feud. Geldr. tit. 2. cap. 3. n. 2.*) incivile visum fuit, Mulierem, ultra sua in massam socialem illata Bona, ad Æs alienum à Marito conflatum, quodque ipsa ob imperium, cui parere opus habet, impedire nequivit, judiciis debiti persecutoriis pulsari posse. Abr. à Wesel, *d. c. 3. n. 129.* Præsertim cùm etiam de Jure Rom. Marito ad inopiam vergente, Uxor Dotem, & cætera eidem allata, etiam stante matrimonio, repetere valeat. *L. 24. princ. ff. sol. matrim. L. 29. Cod. de jur. dot.* Quod verò conjugiô constante licet, longè magis eôdem solutô licebit, ubi tùm matrimonii reverentia cessat, magisque Vidua, ad Sui suorumque sustentationem, facultatibus suis indiget. Andr. Kohl. ad *Const. Marcb. Q. 5. n. 5.* Imò, cùm Neonuptis ipsæ Leges indulgeant, ut assiduè suam Dotem salvam fore, stipulentur; *t. t. ff. de pact. dotal.* quare ergò hunc pariter Mulierum favore inductum morem, ut, si ipsæ, industrios licet Viros sortitæ, attamen cum illis de communi, sed dubiâ, & præcipuè inter Mercatores periculi plenâ negotiationis aleâ periclitari nolint, à sese Allata, per renunciationem Acquæstus conjugalis in salvo & vado locare possint, ipsis invideamus? Wesel, *de Connub. Bb. societ. tract. 1. num. 20. in fin.* Addat. omninò insignis hanc in rem locus ex Joh. Paponio,

in

in *Corp.Jur.Franc.lib.15.tit.2.Arr.1.§.L'ambiguité de la Coutume,in fin.* ibi: *Je disois, que s'il n'étoit permis à la femme de pouvoir renoncer à la Communauté, qu'il s'en suivroit une inquieté & deception grande pour la femme, & que ce seroit une societè plus que leonine. Car quelle apparence y auroit il, que le mary seul soit maître de cette communauté, tant qu'elle dure; luy seul puisse contracter; s'obligeant, obliger sa femme, sans qu'elle parle; puisse tout perdre, donner, vendre & hypotequer, & que la femme n'ait nul moyen, ny par contrait de mariage, ny la dissolution advenue, de s'en guarentir? Il y a plus, c'est que le mary fera indirectement ce, qu'il ne peut faire par la loy. Car, au lieu, qu'il ne peut aliener le propre de sa femme, il la laissera si fort obligée a cause de la Communauté, qu'il faudra, si elle n'y peut renoncer, ou que sa renonciation ne puisse nuire aux creanciers, (l'un vaut l'autre) qu'elle vienne necessairement à une miserable alienation de son propre, et ce à la decharge des heritiers de son mary, &c.*

§. XII.

Denique ipse usus Fori non semel nos docuit, hanc Acquæstus conjugalis renunciationem haud raró singulari Liberorum prioris thori contemplatione, in persona Novercæ; imò etiam aliquando in favorem & commodum Liberorum ejusdem thori à communis Prolis Matre; rariùs in gratiam aliorum Agnatorum, conciliari. Neque enim quidquam solidæ Rationis occurrit, ob quam talis Mariti conventio non valeat, ut solutô matrimoniô universum acquæstum ipse solus lucretur, qui, hâc ratione, suis Liberis consulere, suisque vigiliis & laboribus parta, plurivariis rationibus hoc facilè suadentibus, Conjuge consentiente, in gratiam ipsorum, sibi voluit retinere. Suares, *d. Q.* 2. *n.* 24. Peck. *d. cap.* 1. *n.* 3. Sed & si Sponsa, etiam illustris, eâ lege paciscatur, quòd, in casum, si Sponsa, nullâ prole relictâ, decesserit, cum aliis bonis, ex. gr. Sponsæ futura parte hereditaria, paterna, vel materna, itemque munerum nuptialium, mundoque muliebri, etiam omnia acquisita ex his ejus allatis, ad ejus Fratres & Sorores reverti; Sponsus verò ab his omnibus exclusus esse debeat; Vel quòd omnia Sponsæ, sine prole morientis Bona, eo tempore possessa, & constante matrimonio adhuc Acquirenda, reverti debeant ad ejus Patrem, & in ejus defectum, ad proximiores ipsius Consangvineos; quin etiam hæc Renunciatio, favorem Liberorum, Sororum & Fratrum pro Causa movente habens, valida sit, dubitare

tare nos non sinunt, quæ, his ipsis in terminis, notabiliter definiunt Frid. Pruckmannus, *vol. 1. consil. 1. num. 94.* Johann-Bapt. Cardin. de Luca, in *Theatro Verit. & Justit. disc. de Fideicom. 217.* Josephus Vela de Orenna, *diss. Jur. controv. 47. num. 23. & seqq.* ubi tamen in casu, quô Renuntiatio mentionem Liberorum facit, seriò attendendum, an uxor animo Fideicommissum conventionale suo Viro injungendi; an verò tantùm, vel ad minimum magis in gratiam Viri, Lucris renunciaverit? ut inferiùs in tractatione Effectuum videbimus.

§. XIII.

Tametsi verò, ut proximè diximus, Uxorem, in ordine ad Creditores, ad renuntiandum gravitas Æris alieni movere soleat, & ex eo, si Conjuges solummodò modicam in re familiari jacturam fecerint, adstruendum videatur, quòd Uxori facultas Acquæstui conjugali renunciandi non competat, eo quòd de modicis LL. nostræ non semper magnoperè curent; *L. 4. de in integr. restit. L. 3. §. fin. de alim. leg. L. 15. §. 15. de excus. tut. L. 6. circa fin. de offic. Proconf.* Joh. Harppr. ad §. *10. num. 42. Inst. de injur.* latissimè Sprenger, in *tr. de Modico, cap. 5.* quia tamen hîc (1.) non de aliquo singulari, contra Juris Communis rationem introductô, privilegiô agitur; sed Fœmina etiam vi Juris Communis suam Dotem & illata, Maritô ad inopiam vergente, repetit; in talibus verò, quæ secundum Jus Commune conceduntur & fiunt, frequens etiam minimorum ratio habetur; Bartolus, ad *d. L. 4.* quem alii ibidem vulgò sequuntur. *ff. de in int. restit.* Et (2.dò) hæc ipsa repetitio Dotis & illatorum, quæ istam Acquæstuum renunciationem sequitur, nullum extraordinarium, ut in ingrum Restitutio; sed ordinarium Remedium est, in qualibus regulariter etiam modica curantur; Sfortia Oddus, *de in integr. Restit. part. 1. Q. 4. num. 103.* Phil. Francus, ad *Cap. Super. eo. X. de appellat.* Quocircà Mulieres, etiam ob modicam, quam in sua substantia, ex solidi & integri æris alieni solutione, paterentur; jacturam, lucris connubialibus renunciare, suaque illata repetere posse, nuncupatim decidit Andreas Kohl, ad *Constit. Marcb. Q. 5. num. 6.*

§. XIV.

Causa Efficiens Proxima hujus Renunciationis reguláriter est libera Renunciantis Voluntas. Videat. Giurba, ad *Consuet. Messan. cap. 1. gloss. 8. part. 1. n. 48.* ibi: *Ex libera renunciantis*

volun-

voluntate. Heeser, *de A. C. p. 2. Loc. 16. n. 158.* Chassanæus, ad *Conſ. Burg. rubr. 4. §. 19.* ad verba: *Faire la renonciation. num. 4.* ibi: *Eſt de voluntate mulieris.* B. Dn. Bardili, *de Statut. Conjug. port. §. ult.* Neque enim ad hoc, ut alteruter Conjugum, receptis in maſſam conjugalem Allatis, Acquæſtui renunciet, vel à Conjuge, vel à Liberis, communibus, vel privignis, vel à Creditoribus, invitus compelli poteſt. Chur-Pfältzl. Landrecht. *part. 4. tit. 17. §. 1.* ibi: Soll ihme ein ſolches frey ſtehen. Eâ maximè ratione, quòd totum hoc Jus præcipuo Mulierum favore introductum ſit, quem illæ proindè liberrimè ſpernunt, per *L. pen. Cod. de pact. L. 41. de minor.* Chaſſanæ. ad *Conſuet. Burg. cit. loc. num. 1.* Heeſer, de *acq. conjug. p. 2. Loco 16. num 139. & 140.* Et cùm hìc ſæpiùs de Hereditate Mariti adeundâ, velrepudiandâ quæratur, ut ex inferiùs dicendis patebit, nemo verò regulariter invitus alterius Heres efficiatur; quocircà vel hinc prono alveo fluit, hanc ipſam Acquæſtuum renunciationem à mero renunciantis arbitrio pendere. Dn. Bardili, *d. l.* Dn. Müller, in *pract. civ. Marcb. rer. forenſ. Reſolut. 90. num. 2.* Non quidem nos fugit, Ddribus hanc phraſin, quòd Vidua teneatur Lucris connubialibus renunciare, haud eſſe inſolentem: Conferatur pro pluribus Paulus Chriſtinæus, *Decc. Belg. vol. 1. Deciſ. 206. num. 13.* in verbis: *Et proindè etiam Mulier, mortuo viro,* tenetur renunciare communioni conſuetudinariæ mobilium & conquiſitorum. Domini Anteceſſ. ap. Beſold. *conſ. 92. n. 6.* Verùm hoc non eatenùs exaudiendum, quaſi Fœminæ invitæ ad renunciandum compelli valeant; Sed hæc & ſimilia tandummodò ſub aliqua hypothetica neceſſitate exaudienda, niſi ſcilicet malit onera æris alieni ſocialis ſubire, & ex ſuis illatis, id, quod deeſt facultatibus obærati Mariti, ad ſatisfactionem Creditorum ſupplere; prout ipſe Chriſtinæus, optimus ſuorum verborum interpres, ſemetipſum declarat, *cit. num. 13.* ibi: *Si evitare velit onus æris alieni.* Idem *Dec. 209. n. 6.* ibi: *Mulieri ſuperſtiti* permiſſum eſt. Nec non ad *LL. Mechlin. tit. 9. art. 8. num. 5.* ibi: *Si velit abſtinere à Lucris.* Petr. Gudelinus, *de Jure noviſs. lib. 1. cap. 7. in fin.* Dn. Rösler. *Decc. Saxo-Coburg. ſect. 5. Dec. 15. num. 111.* ibi: *Liberam eſſe Conjugi ſuperſtiti electionem.* Quomodò etiam aliàs neceſſaria appellatur Cautio Fructuarii, B. Dn. Lauterbach, in *Coll. ff. ad tit. de his, qui ſatisd. cog. §. 3.* Fidejuſſio, in ſpecie *Legis 4. Cod de precib. Imp. offer.* D. Lauterbach, *de fidejuſſor. in genere,*

re, θ. 3. Stipulatio, in §. 3. ubi jungesis Harpprechtum, *num. 10. Instit. de divis. stipul.* & passim alia. Faciunt, quæ tradit Dn. Stryke, *de successs. ab intest. Diss. 4. cap. 3. §. 37.* Pariformiter si aliquis, magnis opibus instructus, Pauperculæ virgini; vel Parens, liberis prioris thori, ne spes istorum, lucris connubialibus cum secunda Uxore communicatis, notabiliter minuatur, prospicere cupidus, non aliter, Titiæ, quàm præviâ Lucrorum renunciatione, suum thalamum offerat, hîc sanè vel nuptiæ illæ derelinquendæ, vel Acquæstui conjugali à quodammodo invitis renunciandum erit. Jungat. Gutierrez. *pract. Qq. lib. 2. Q. 126. num. 2.*

Sed quid tamen, si uxor in pactis dotalibus speciatim promiserit, se acquæstui conjugali renunciaturam, an ipsa deinceps ex isto Pacto de renunciando, ad renunciationem compelli poterit? Equidem quòd pactum de renunciando in vim realis Renunciationis haudquaquàm valeat, plenissimè deducit Paulus Galleratus, *de renunciat. lib. 1. cap. 7. per integr.* Sed & quòd Conjux, ad renunciandum suo pacto se obligans, præcisè ad factum renunciationis compelli non possit, ipsi ultrò largimur; arg. *L. 13. §. ult. de re judic. L. 42. §. fin. de Oblig.* Quia tamen, nostris moribus, etiam Pacta de contractibus, vel distractibus, adhucdùm ineundis, animo se de præsenti, ad hoc ipsum obligandi, seriò celebrata, efficacem ad agendum obligationem producunt; & præcipuè talis in tabulis nuptialibus facta promissio de renunciando, Pactum ad alia in illis conventa correspectivum, imò planè contractum innominatum constituit, hôc insuper habitô, quòd factum adhuc secuturum promittatur: Jungat. *Lex 5. princ. §. penult. & ult. ff. de præscr. Verb.* Donell. *ad tit. de præscr. verb. cap. 11.* Struv. *exerc. ad ff. 25. θ. 30.* eleganter Gallerat. *d. cap. 7. n. 22.* Quare non dubitamus, quin talis Conventio ad id, quod interest, promittentem obstringat, atque ità in effectu tantundem operetur, acsi Renunciatio actualiter esset facta; arg. eorum, quæ in simili tradit. B. Dn. Bardili, *de obligat. faciendi, θ. 78.* non obstante illo trito, quòd aliud sit Promissio de renunciando, & aliud actualis Renunciatio. Carol. Anton. Bottilierius, *de Successs. ab intest. cap. 2. theorem. 42. num. 11.* Manet ergò, quòd libera Renunciantis voluntas, insignis hujus Renunciationis Causa efficiens proxima sit. Undè passim à Doctoribus hæc ipsa facultas lucris connubialibus renunciandi vocatur Optio, vel Electio;

Heeser.

Heeſer. *d. p.* 2. *Loc.* 16. *num.* 172. Dn. Rôsler. *Decc. Saxo-Coburg. Sect. dec.* 15. *n.* 116. Juseligendi; Heeſer. *d. Loco* 16. *n.* 172. Jus optionis, *nis.* Dn. Stryke, *de ſucceſſ. ab inteſt. Diſſ.* 4. *cap.* 3. §. 37. Renunciationis libertas, Choppin. *de morib. Pariſior. libr.* 2. *tit.* 1. *num.* 21. *pag.* 191.

§. XV.

Cùm autem hæc ipſa renunciatio non unâ ex cauſâ, nec eodem modô fiat; ſed interdùm in ultimo alterutrius Conjugis ſeparato & proprio, vel reciproco Teſtamento, aliquando inter vivos, & tùm iterum vel in forma à Neogamis aut Conjugibus initi Pacti, vel denique in formâ ſtrictiſſimè ità dictæ, & à ſola ſolius Renunciantis voluntate pendentis & procedentis Renunciationis, ſeu, ut Ddres loqui amant, Proteſtationis; Jungat. omninò laudatus Galleratus, *d. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 8. *& ſeqq.* Proindè non ducimus ſupervacuum, hîc monere, quòd, ſi quidem hæc Acquæſtuum renunciatio, in ſuprema voluntate, vel in propriè ſic dictæ Renunciationis figurâ fiat; v. gr. Si Uxor, quæ ſuo Marito ſimpliciter nupſit, vel in ſuo teſtamento, in gratiam Mariti, Acquæſtuum communioni renunciet, & hoc ipſo ſuam partem eidem, explicitè, vel implicitè, leget, vel ſoluto matrimonio, negotia timens, & creditorum vexationes, æris ve alieni ſibi cognitum cumulum, vel etiam Amicorum offenſas, aut invidiam, vel ex ſe natis Liberis, aut, ex quadam rariore benignitate, etiam Privignis gratificatura, (omnes enim hæ Cauſæ ad renunciandum movere poſſunt; ac proindè omninò Cauſis moventibus jam ſuprà deductis aggregari merentur, arg. *L.* 4. *ad Sct. Trebell.*) Acquiſitis renunciet, quin, utrâque in ſpecie, ſolius Uxoris voluntas ſufficiat, nil obſtare arbitramur. arg. *L.* 32. *ff. de hered. inſtit. L.* 1. *Cod. de SS. Eccleſ. L.* 3. §. *fin. de adim. legat.* Sed ſi ècontra hæc Renunciatio in forma Pacti conventi fiat, eo quòd ſcilicet Conſponſi, vel Neogami, vel Conjuges jam diù in conjugio viventes, tale invicem Pactum ineant, quô vel Uxor, vel Maritus, lucris connubialibus, in totum, vel pro parte, in gratiam communium liberorum, renunciet, hîc haud dubiè utriusque requiritur Conſenſus: arg. *L.* 1. *ff. de pact. L.* 55. *de Obl. & Act.* Idemque dicendum, ſi in Pactis nuptialibus ſpecificè conveniſſet, quòd ſoluto matrimo-

trimonio, omne Æs alienum, à quolibet Conjugum, pro parte dimidiâ exſolvi debeat, & deindè ab hoc Pacto alter Conjugum, Acquæſtui renunciando, reſilire vellet: Nam & quatenùs hæc Conjugis renunciatio Jus ex Pacto illo alteri quæſitum tolleret, illa utique non aliter, quàm illo conſenſum ſuum accommodante, ſubſiſtere poterit; per *L. 11. & 75. de Reg. Jur.* de qua diverſitate utiliter confertur doctrina Gallerati, *dicto cap. 8. num. 10. & 11.* Hôc ampliùs, ſi Maritus complura jam debita conjugalia contraxiſſet, & in gratiam Creditorum, cum ſua Uxore tale Pactum iniiſſet, quòd ipſa non debeat, lucris connubialibus renunciando, allata repetere, hîc profectò, ſi vel illam multorum ſententiam admittere vellemus, quòd etiam Tertio, ex noſtro Pacto, Jus poſſit acquiri; jungatur meritiſſ. Dn. Stryke, in *Specim. uſus Pandect. moderni. Tit. de Pact. θ. 12.* Dn. Schilter. *Ex. ad ff. theorico-pract. §. 37. & ſqq.* vel Notarii ſtipulatio, quod nemo ferè rejicit, jungat. B. Dn. Lauterbach, *de tacito pacto Remiſſor. ex reddit. chirogr. praeſ. θ. 26.* ad hoc, ut Uxor, maritô defunctô, tamen ſua illata, miſſis lucris conjugalibus, repetere valeat, etiam Creditorum ſocialium conſenſus neceſſarius erit. arg. *L. ult. Cod. de autor. praeſt. d. L. 11. d. Reg. Jur.* Conferatur omninò in iisdem ferè terminis Marius Giurba, ad *Conſuetud. Meſſan. cap. 1. gloſſ. 8. p. 1. num. 51. & 54.*

§. XVI.

Quando Fœmina, quod frequentiùs accidere ſolet, Acquæſtui renunciat, in pleriſque Europæ Provinciis & Regnis, bonorum & quæſtuum communionem frequentantibus, neceſſaria eſt Quæſtio, etiam à conſuetudinariis Ddribus contrariis ſententiis determinata: An illa ad ſuæ renunciationis validitatem opus habeat ſpecifico Curatoris conſenſu? In quâ definienda nobis, primò, circa hoc diſtinguendum videtur: Quorum contemplatione fiat hæc renunciatio? ut, ſi illa in commodum ſuorum Liberorum fiat, Curatoris conſenſus, licet ad evitandas omnes Diſputationes, tutiùs adhibeatur, tamen non ſit neceſſarius; arg. eorum, quæ de Matris contractu cum liberis inito tradit Carpzovius, *J. F. p. 2. Conſt. 15. Def. 8.* ubi aliquot Præjudicia. Addat. Pantſchmann. *pract. Qq. lib. 2. Q. 5. in verb. final.* Si in gratiam Mariti, tunc porrò videndum, utrum illa in Teſtamento, aliove ſupremo elogio fiat? Ubi

pari-

pariter Curatoris consensu haud indiget. arg. *L. 4. Cod. qui testam. fac. poss. L. 5. ff. eod. L. 32. ff. de hered. inst.* An in Pactis dotalibus? Ubi equidem multa maximi ponderis argumenta, pro eadem sententia, quòd nimirum Curatore non opus habeat, afferri possunt, & praecipuum illud, quòd in Pactis dotalibus consensus curatoris (dummodò Parentum vel Propinquorum consilium concurrat) regulariter haud necessarius sit: de quo Carpzov. *Dec. 143. per integr.* Mevius, ad *Jus Lubec. lib. 2. tit. 2. art. 12. num. 385.* Moller. *Semestr. lib. 1. cap. 2. & 3.* Pfuckmann. *lib. 1. cons. 48. num. 195.* Dn. Stryke, *de Success. ab intest. diss. 8. cap. 5. §. 13.* B. Dn. Bardili, *de Statutar. Conjug. port. θ. 16. in fin.* ubi idem nuncupatim etiam de Foro Würtembergico pronunciat: Addat. omninò Thomas Herbajus, *rer. quotid. cap. 17. in fin.* An in alia speciali, durante Conjugio, initâ Conventione? Quâ in specie licet itidem, tùm in individuo circa quaestuum conjugalium, tùm in genere alterius statutariae Portionis renunciationem, plura concludentissima ratiocinia pro affirmativa accumulet Pantschmannus, *dicta Q. 5. per integr.* praesertim *num. 46.* ubi, stante Consuetudine, quòd de omnibus, quae acquirunt Conjuges, quilibet eorum mediam partem habere debeat, Uxorem, Pacto, ei renunciare posse, scribit: Hartm. Pistoris, *Observ. 198.* Berlich. *part. 3. concl. 9. n. 37.* Pensold. ad *Coleri Dec. 286. num. 180.* Carpzov. *p. 3. const. 7. def. 15. num. 5. & seq.* Heeser. *d. p. 2. Loco 16. num. 157.* Cuno, *de pact. lib. 1. cap. 6. num. 121* Schepliz, ad *Const. Brandenb. part. 3. tit. 2. §. 23. n. 10.* tamen non solùm contraria, post Tiraquell. Dec. & Molin. generaliter approbatur à Mevio, ad *Jus Lubec. d. art. 12. num. 466.* Et in illam quoque magis propendere videtur Hartm. Pistoris, *cit. loc.* Joh. Frid. Sol, *dicta Q. 25. n. 8.* Suares, *tit. de las arras. 2. num. 24.* Sed, si etiam de nostro Würtembergiao Jure nostram sententiam liberè dicere licet, haec posterior definitio, quòd sc. Mulier, constante conjugio, Lucris nuptialibus, minimùm ad id temporis jam jam quaesitis, (jungat. infrà θ. 58.) per ejusm. specialem Conventionem, non aliter, quàm cum Curatoris consensu, in gratiam Mariti sui, renunciare possit, nobis verior videtur, Tùm per ea, quae in genere de cujuslibet juris mulieri competentis renunciatione ex Dd.ribus statuminat B. Wibelius, *de contractib. mulier. cap. 3. §. 6. num. 63. cum seqq.* Tùm ex eo, quòd in hoc Würtembergico Ducatu, Bona, à quolibet Conjugum acquisita,

sita, ex primo hujus acquisitionis momento, statim, alteri Conjugi, ipso jure, pro dimidiâ intellige, quoad dominium & possessionem, communicentur; prout contra Besoldum, ad *Jus Wurtemb. Dis. 4. th. 29.* ex nostri Juris *parte 3. tit. 7.* §. Wann Eheleuth. ibi: Solle an allen/in währender Ehe errungenen und gewonnenen Güthern/ jedem Ehegemächt der halbe Theil zugehörig seyn. & *insq.* §. Was dann. in verbis: Samptobermeldtem seinem Theil Errungens und Gewonnens. & paulò post: Ungeachtet das Weib von NB. dem Ihrigen. juncto *§. 5. Instit. per quas person. nob. acq. L. 13. L. 20. ff. de acq. rer. dom.* rectissimè concludit B. Dn. Lauterbach, *de ære alieno in societ. conjug. C. contracto, §. 63. num. 4. & 7.* Quibus convenienter Uxor, tali in casu, non saltem incertæ alicui spei; sed utique juri & dominio jam quæsito renunciaret; atque ità, si talis renunciatio, non adhibitô Curatore, ab ipsa fieret, in enixam Serenissimi nostri LLatoris sanctionem, in *parte 2. tit. 29.* §. Ferner wollen wir auch/ graviter impingeretur. Quatenùs verò de lucris adhuc quærendis ista quæstio movetur, hîc consensum Curatoris non videtur requirere B. Wibelius, *d. tract. cap. 4. num. 168. & sqq.* Cujus authoritati, si hunc quoque articulum, per ibidem deducta, decisum vult, hoc meritò relinquimus. Cæterùm an Uxor suo Marito, Jus Acquæstûs & Dispendii, Uxoris Propinquis suum ei assensum & autoritatem accommodantibus, validè cedere possit? eruditè examinat Thomas Herbajus, *rer. quotidian. cap. 17. pag. 239. & sqq.* & Andr. Tiraquellus, in *tract. de LLb. connub. gloss. 8. num. 122.* Et tandem, si ista Renunciatio in proprium Uxoris renunciantis commodum fiat, ut videlicet ipsa ab ære alieno sociali liberetur, illam, quatenùs revera in ejus commodum tendit, etiam absque Curatoris, quem habet, consensu, ex eo validam pronunciamus, quia Fœmina quoque sola suam conditionem potest reddere meliorem. arg. *princip. Instit. de autor. tut. L. 9. princ. ff. eod. L. 14. Cod. de procur. L. 6. Cod. de LL.* & per ea, quæ in simili tradit Argentræus, ad *Consuet. Britann. art. 424. gl. 1.* Bouvot. *Qq. notabil. part. 3. verb. Mary. Q. 2.* Sande, *Decc. Frisic. lib. 3. tit. 4. D. 3. vers. Quæstionis est.* Johann. Andr. van der Muelen, in *Observat. ad Jus Vianense, art. 6. §. 1. pag. 23.* Si verò Mulier, pœnitentiâ ducta, ei ampliùs stare nolit, arbitramur, Creditores,

tores, etiamsi alioquin ad renunciata non detur regressus, & in specie etiam contra talem acquæstuum renunciationem pœnitentia nullum inveniat locum; Gutierrez. *pr. Qq. lib.* 2. *Q.* 126. *num.* 4. Lopez. *de Lucris Mar. & Uxor. cap.* 10. *num.* 3. eam tamen ab hac facultate pœnitendi dejicere haud posse; per *dd. LL.* & *L.* 13. *§. antepen. ff. de act. empti.*

§. XVII.

Quia verò Voluntas in mente retenta nihil operatur, *L.* 3. *Cod. de cond. ob cauf. dator.* & paria sunt, non esse & non apparere, *L.* 77. *de contr. empt.* quocircà DDres passim requirunt, quòd etiam ista conjugalium lucrorum renunciatio expresfsè à Conjuge fieri debeat; juxta autoritates mox allegandas. Ubi quidem paulo pleniùs hanc materiam evolventibus, nihil, vel parum referre videtur, sive ista Acquæstuum renunciatio in commodum Conjugis, Liberorum &c. sive in Creditorum præjudicium fiat. Quamvis enim illa semper & in omnibus casibus ex renunciationis, quæ in dubio non præsumitur, notoriâ naturâ, certam & indubitatam voluntatis declarationem requirat; per congesta Barbosæ, *voc. Renunciatio. axiom.* 7. tamen illa & tunc, quando Conjux in gratiam Conjugis, Liberorum, vel Fratrum renunciat, & tunc, quando Vidua in præjudicium Creditorum renunciat, (tametsi in hac specie non semper tàm facilè) verbis æquipollentibus fieri valet. Sicut enim, si in tabulis matrimonialibus ità fuerit conventum, quòd, in casum, si Maritus præmoriatur, Uxor, pro tota sua satisfactione, vor alle ihre Abfertigung / 3000. florenos habere debeat, hôc ipsô acquæstuum communioni renunciatum intelligitur, ut his ipsis in terminis celeberrimos Dominos Antecessores hujus Almæ Nicrinæ Ao. 1677. die 6. Mart. attestantibus Respp. voluminibus, respondisse, inferiùs refertur §. 58. Quomodo etiam ex Masuerio, Petrus Peckius refert, quòd, si Mulier, alio modo, de Dotalitio conventionali (ut loqui amant) sibi providerit, tunc, ità expresfsè in illum casum sibi prospiciendo, Legis provisioni, sive Patriæ consuetudini, tacitè renunciasse, existimetur. *de testam. conjug. lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 3. *in fin.* Ità etiam si Vidua, matrimonio soluto, vel in casu concursûs Creditorum Mariti, suâ Dote & cæteris à sese illatis se contentam fore,

D spon-

ſpondeat, Acquæſtui non minùs, licet nulla diſerta ejus facta ſit mentio, efficaciter renunciatum cenſebitur; juxta ea, quæ infrà §. *69.* & aliô Ampliſs. Facultatis Reſponſo de 5. Februar. 1659. in verbis: *Cùm Acquæſtu eo ipſo renunciare videatur, quô æs alienum ſimùl ſolvere recuſat, & ſua Allata, tanquàm Creditrix, petit &c.* à nobis referuntur.

Cæterùm ad iſtam Acquæſtus conjugalis renunciationem, quæ ad ſubterfugiendum onus æris alieni, ſicque in Creditorum, ut loquitur Chriſtinæus, ad *LL. Mechlinienſ. tit. 9. art. 12. n. 30.* perniciem, fit, DDres imprimis expreſſam voluntatis declarationem requirunt, præprimis in Viri obærati Uxore, & omnium maximè illius Vidua. De quò ità Grivellus: Uxor, inquit, tenetur ad dimidiam debitorum partem, nec ab illius obligationis nexu ullo modo liberatur, niſi expreſsè renunciaverit hujusmodi lucris & conquæſtibus *Dec. Dol. 13. num. 2.* Joh. Heeſer. *d. part. 2. loco 23. num. 356.* ibi: *Notum eſt, Æris alieni oneri ex ſemiſſe ſe eximere volentis* expreſſam renunciationem *requiri.* Hincque, quòd verba dubia ad eandem haud ſufficiant; ſed talia, quæ aliud, quàm renunciationem, ſignificare non poſſint, requirit Giurba, Sanchez, iisdemque ſubſcribens Johannes Heeſerus, *de Acq. Conj. part. 2. loco 16. num. 188.* Quòd verò huic ipſi, quô hæc renunciatio expreſsè fieri debere dicitur, Requiſito, etiam rebus ipſis & factis ſatisfieri poſſit, dilucefcet ex ſequentibus, & proximè præmiſſis. Videat. Heeſerus, *ibid. num. 194. cum ſq. & § mox ſequens 18.* Diximus, in Vidua. Hujus autem Heredes, quibus iſtam facultatem infrà etiam vindicabimus, hactenùs melioris eſſe conditionis, mox pleniùs viſuri ſumus, Addantur, quæ in *prox. ſeq. §. 18.* traduntur.

§. XVIII.

Et quia hæc ipſa, debitorum ſocialium declinationem pro fine habens, Renunciatio, cum gravi quandoque Creditorum præjudicio conjuncta eſt, & poſt obitum Mariti, ejus Vidua, in domo mortuaria remanens, omnemque illius ſupellectilem, aurum, argentum, pecuniam numeratam, tabulas obligationum, inſtrumenta ſeu documenta rerum acquiſitarum, aliaque hujusmodi in manu habens, univerſis ejus capſis, ciſtellis, arculis & loculis patentibus, ampliſſimam

in

in masſâ ab illo relictâ graſſandi occaſionem habet, & defunctus non ampliùs verum ſtatum bonorum indicare porrò poteſt; jung. t. Grivellus, *Dec. Dol. 3. num. 4.* Brunnemann. *cent. 1. Dec. 1. num. 1.* eapropter, ut omnibus, quæ facillimè hîc locum ſortiri poſſunt, fraudibus via præmuniatur, prudentiſſimi complurium provinciarum LLatores certum huic Voluntatis declarationi **Modum & Tempus** præſtituerunt.

Quantum, primò, ad **Modum**, is pro Locorum diverſitate ipſe valdè diverſus eſt. Apud Ultrajectinos id recepti moris eſſe, ut, poſt obitum Mariti, ſuperſtes ejus Vidua judiciis debiti perſecutoriis non aliter ſeſe eripere poſſit, quàm per domûs mortuariæ, eâ ſolennitate, ab ipsâ faciendam abdicationem, ut, omnibus relictis, ante exequias defuncti mariti, absque pallâ & calantica, mortuaria domo exeat, ſolo quotidiano amictu induta, demonſtrat Weſel, *de connub. ab. ſociet. tract. 2. cap. 3. num. 129.* ex *Ordinat. Civit. Ultraject. rubr. 23. art. 21.* Eundemque rigoroſum modum, flore Commerciorum vix aliter ferente, etiam Hollandis placuiſſe recenſet ex Grotio, Idem, *cit. loc.* Apud Burgundiones non minùs rigoroſus contra Viduas ignobiles mos introductus, dùm illæ, continuò poſt inhumationem, ſuam zonam ſuper tumulo defuncti mariti diſcingere coguntur. *tit. de gens mar. art. 20.* Qui rigor olim etiam contra fœminas in ſumma dignitate conſtitutas exercebatur, in tantum, ut etiam primogeniti Filii Ducis Burgundiæ, Patre vivente, multis debitis onerati, dùm obiit, Viduam, ſuum itidem cingulum, ſuper foſſam Mariti, ipſo actu ſepulturæ projeciſſe recenſeat Guilielmus Coquille, ad *Conſuet. Nivern. art. 14. tit. des droits des Gens mariés*, Chriſtinæus, ad *tit. 9. art. 12. LL. Mechlin. n. 31.* Urbis Dolæ conſuetudine hoc introductum, ut Uxor, acquæſtui renunciatura, & ab ære alieno ſeſe liberatura, hoc ipſum, Judice, Notario & Teſtibus præſentibus, faciat; referente Grivello, *d. Dec. 13. num. 2.* Qui idem mos etiam, in caſu, quo Uxor tempore mortis Mariti non fuit præſens, ſicque dictæ conſuetudini de domo mortuariâ illicò abdicandâ, ſatisfacere nequiit, Ultrajecti receptus eſt; dùm & ibi, quamprimùm de obitu mariti certior reddita, Vidua domus mortuariæ renunciationem, vel coram Judice, vel Notario & Teſtibus, declarare tenetur. Abrah. à Weſel, *cit. loc. n. 133.* addens, idem cavere Statutum Montfortenſe. Apud Lovanienſes,

 item-

itemque Brugenses, & Medioburgenses, Vidua claves sandapilæ vel sepulchro mariti imponere cogitur, vel saltem claves eô ipso die, quô funus effertur, Amanuensi Cameræ hæreditatum jacentium porrigere; ut videre est apud eundem Weselium, *c. loc. num. 131.* Pariformiter moribus Mechliniens. non sufficit, Viduam ex acquæstibus nil capere; sed illa bonis defuncti Mariti, Clavem sepulchro illius imponendo, renunciare, & ad illa ab eô tempore non reverti, jubetur. in *LL. Mechliniæ, tit. 9. art. 8.* ubi Paulus Christinæus, *num. 18.* Consimilem rigorem etiam in vicina inclyta Imperiali Ulmâ frequentari, docent ejus Statuta, *p. 1. tit. 9. §. 1.* ubi ità disponitur: Solle Ihr hiemit bevorstehen und zugelassen seyn/ vor uns dem Rath/ zu erscheinen/ und die Schlüssel/ wie von altem herkommen/ zu überantworten. rc. & de municipali Brugensium Consuetudine tradit Damhouderius, in *prax. rer. civ. cap. 18. n. 21.* Juxta Reformat. Francofurtanam tali fœminæ incumbit, daß Sie vor dem Schöffen-Rath oder Gericht erscheine/und des Verstorbenen Güthern/renunciire. in *p. 3. tit. 7. §. 8.* Idem ferè cavetur in Comitatûs Solmensis Jure Provinc. *p. 2. tit. 28. art. 7.* ibi: Für Schultheissen und Schöffen/ Gerichtlich. & in Jure Provinc. Palatino, *part. 4. tit. 17. art. 2.* ibi: Vor Unsern Amptleuthen oder Gerichten erscheinen. Apud nos in hoc inclyto Wurtembergiæ Ducatu nihil horum requiritur; sed sola Mulieris, quòd ipsa ab omni conjugali acquæstu, & Mariti defuncti hereditate abdicare se velit, declaratio sufficit. Besold. ad *Jus Provinc. Diss. 4. th. 26.* Wibel. *de contract. mulier. cap. 5. num. 132.* Dn. Lauterbach, *de ære alieno in S. C. contracto. §. 72. num. 5.* Ex hucusque verò traditis etiam illud planum fit, quòd, tametsi in proxima th. dixerimus, hanc Renunciationem ab Uxore vel Viduâ expressam voluntatis declarationem requirere; tamen etiam illa pro expressa habeatur, quæ fit rebus ipsis & factis, nempè claves sepulchro maritali imponendo, vel ad talia constituto Officiali easdem porrigendo, & sic deinceps; quam in contradistinctione ad illam, quæ fit verbis expressis, fictam & tacitam renunciationem appellat Chassanæus, *de Rubr. 4. §. 20. verb. Desceindre. num. 7.* Addat. Heeser. *de acq. conjug. part. 2. L. 16. num. 194.* ibi: *Tacitè etiam fieri potest.*

§. XIX.

Quod, secundò, Tempus spectat, intra quod hæc Voluntas est

est declaranda, hîc denuò variæ, in variis Provinciis, Consuetudines sunt obviæ, variæque DDrum de hoc traditiones. Ut ex proximè relatis colligere datur, illa satis probrosa, (agnoscente id Chassanæo, ad *Consuet. Burgund. Rubr. 4. §. 20.* verb. *Desceindre. n. 7.* ibi: *Vituperiosa & vilis*) & luctuosa apud Ultrajectinos, Hollandos, Burgundos, Brugenses, Lovanienses, Medioburgenses, Mechlinienses, frequens Renunciatio, & Voluntatis declaratio illicò debet fieri, priusquàm Exuviæ defuncti mariti ejus domo efferantur, vel dùm tumulo inferuntur. Grivell. *Dec. Dql. 13. num. 7.* ubi in Rationem tàm brevis termini eruditè inquirit. Apud Belienses & Iperenses Viduabus intra Triduum claves porrigere, domóque mortuariâ excedere permittitur. Abrah. à Wesel, *d. cap. 3. num. 132.* Quodsi Uxor Burgundica à loco mortis Mariti absit, ei suam voluntatem, intra XXIV. horas, à tempore notitiæ mortis Mariti, declarare incumbit. Chassanæus, ad *Cons. Burgundic. Rubr. 4. §. 20. verb. Dedans 24. heures.* Alii longius nonnihil temporis spatium, v. gr. centum dierum concedunt; Lopez, *d. §. 66. num. 3.* vel 4. aut ad summum 6. septimanarum; qualem Ordinationem in Nassoviæ Comitatu obtinentem recenset Joh. Heeser. *d. loco 16. num. 165.* Mores Parisiorum LX. solummodò dies indulgent ab obitu mariti, à Vidua Lucris renunciatura districtè observandos. Joh. Papon, in *Corp. Jur. Franc. lib. 15. tit. 2. Arr. 1.* Jus Lubecanum sex menses indulget, in *p. 3. tit. 1. art. 16.* ubi videsis Mevium. Denique alibi longior, alibi arctior Terminus, ad hanc ipsam Voluntatis declarationem, Consuetudine præfinitur; ut videre est apud Wilhelm. Coquille, *sur Nivern. tit. des gens marié, art. 14.* Tronçon. *sur Paris, art. 237. verb. Renoncer, vers. la plus part.* Loyseau, *du deguerpissement. livr. 4. chap. 2. n. 12.* Addat. Reformat. Francofurt. *p. 3. t. 7. art. 8.* ubi disponitur, daß solche Renunciation, nach Verfliessung deß dreissigsten/ oder eines Monaths/ nach deß Erstverstorbenē tödtlichem Abgang anzurechnen/ geschehen solle; nach Verfliessung solcher Zeit aber (da nicht sonderliche erhebliche Ursachen angezeiget werden können) keine Renunciation angenommen werden solle. Jus Provinciale Comitatûs Solmensis, *part. 2. tit. 28. art. 7.* ibi: In Monaths frist oder zum längsten sechs Wochen. Chur-Pfältz. L. R. *p. 4. tit. 17. art. 2.* ibi:

ibi: Innerhalb zweyer Monathen nach deß Andern absterben. Alibi nullum planè Tempus ei præstitutum esse, observavit Argentræus, ad *Consuetud. Britannic. art. 415. gl. 3. num. 1.* Ex quô breviter de hoc membro ità sentiendum: Quòd quidem regulariter hæc ipsa Optio, ut DDres loqui amant, sive jus eligendi portionem bonorum & lucrorum conjugalium, vel istis omnibus renuntiandi & sola Allata repetendi, imò alibi suas proprias Facultates abdicandi, per totos XXX. annos, regulariter competat: in terminis Lopez. *d. num. 3.* ibi: *Cùm jus acceptandi* (videlicet lucra, de quibus hîc loquitur) *vel repudiandi duret 30. annis.* Carpzov. *p. 3. C. 20. D. 41.* Heeser. *d. loco 16. num. 161.* Veruntamen Judex, ad instantiam Mariti, ejusdemve Heredum, itemque Creditorum, illum Terminum omninò, pro ratione Circumstantiarum arctare, & tùm Terminum longiorem, tùm angustiorem, prout debitis vel negotiis implicita est Societas, præfigere valeat, imò ad evitandas plures difficultates, notatas in dicta Reformat. *art. 7.* etiam debeat. Videat. in simili B. Brunnemann. *cent. 1. Dec. 1.* Peckius, *de testam. conjug. lib. 1. cap. 32. num. 6.* Carpzov. *d. D. n. 3.* & hisce in terminis Argentræus, *d. l.* Heeserus, *d. l.* Addat. Gutierrez., *d. Q. 126. num. 4.* Molina, *de J. & J. tr. 2. Disp. 438. num. 6.* ubi dicit: quòd spatium decem dierum à judice assignandum sit, &, si Fœmina illud elabi patiatur, pro repudiante, si hoc ei deterius, habenda veniat. Dn. Lauterbach, *de ære alieno in S. C. contracto*, §. 72. Anton. de Gamma, *Dec. Lusit. 366. num. 6.* ubi dicit, à Judice Uxori tempus ad deliberandum, an velit à lucris abstinere? dari debere: Quod & dicit Heeserus, *d. p. 2. Loco 23. num. 350.* Quam doctrinam hujus quoque Ducatûs Judicibus, cùm nihil in Jure nostro Provinciali, hanc in rem, definitè sancitum occurrat, commendendam arbitramur. arg. *L. 1. §. 1. ff. de jure delib. L. 69. de acq. vel omitt. hered.* De eo verò, si certus Terminus, in gratiam Creditorum, sit præstitutus, ad declarandam hanc voluntatem, an Vidua eundem etiam tunc, quando ei non cum Creditoribus; sed cum Heredibus mariti res est, observare teneatur? videatur Heeserus, *d. loco 23. num. 345.*

§. XX.

Prædictum modum voluntatis super hoc, an Uxor dimidiæ, vel alii sibi debitæ portioni Acquæstuum renunciare, suaque illata sola repe-

repetere, an verò Statutariam in Acquæstu & aliis definitam portionem accipere malit, usque adeò necessarium DDres existimant, ut, si quo in loco certa talis Solennitas, Requisita, seu Modus sint præstituta, talis renunciatio pro validè facta non aliter habeatur, quàm si illa examussim sint observata: eo quòd actus ità conditionaliter in Statuto expressus, atque ad obtinendum renunciationis effectum requisitus, ad illius essentiam & formam quodammodò pertinere censeatur. Loyseau, in *tract. du deguerpissement, lib.4.cap.2.n.5.*& *lib.3. cap.6. num.ult.* Undè ejus omissio, etiam in minimo, totum dicitur vitiare, actumque ipso jure corruere facit; in tantum, ut illam nec per æquipollens impleri posse, specificè addat Paulus Christinæus, ad *LL. Mechlin. tit.9. art.8. num.24.* Addantur, quæ Idem habet *n.18.* ubi Viduam de moribus Mechliniensium, ad dicti modi observationem exactè teneri, nisi ex prægnantissimis rationibus, mediante in integrum restitutione, ob fraudem Heredum defuncti mariti, aut aliquid simile, ei subveniatur.

§. XXI.

Hôc ampliùs si etiam Uxoris Heredes lucris connubialibus, ad æris alieni, à defunctâ v. gr. ipsorum matre, vel socru contracti exonerationem renunciare velint, etiam ipsos non aliter suam desuper voluntatem, quàm observatâ tali solennitate, declarare valere, autor est Chassanæus, *d. Rubr.4.* ad verba: *Faire la renonciation, num.10. in fin.* Sed ab ista sententia divortium, & quidem rectissimè, fecit Senatus Dolanus, ejusdemque t. t. Consiliarius, Grivellus, *d.D. 13.num.7.* ubi doctè ostendit, quòd Heres non ità contextis verbis, seu solenniter interpositâ protestatione, lucris connubialibus renunciare teneatur; sed satis sit, ipsum simpliciter ab illis abstinere. Cùm enim quidam minores 25. annis, tanquam matris heredes, cum Patris, qui ad secunda vota migrarat, heredibus, Bona primo matrimonio constante acquisita inter se divisissent, sicque oneri debitorum, valorem Acquæstus notabiliter superantium, se obnoxios reddidissent, laudatus Senatus hos minores, ceu læsos, non quidem ex eo, quòd lucris non statim post obitum Viri renunciassent; sed ex hoc, quòd à Lucris non abstinuissent, in integrum restituendos judicavit. Vide plura *ibid. num. 8. & seqq.* junctis *etiam præcedentibus*, ubi optimè rationem diversi juris, quare aliud in ipsa Uxore

obti-

obtineat, & aliud ècoutra in ejus Herede, nobis exhibet, & simùl adversantia diluit. In casu, quô Vidua huic renunciationi præfixum terminum observare impeditur, quid ab illa faciendum? submi-nistrat Chassanæus, ad *Consuetud. Burgund. Rubr. 4. §. 20.* ad verb. *Ou qu' elle ait empeschement.*

§. XX.

Subjectum præsentis Renunciationis constituunt Conjuges renunciantes, inter quos conjugalis Bonorum est Societas, & Personæ, in quarum partim Commodum, partim Damnum, iidem renunciant.

Primò itaque ratione Subjecti requirimus, ut Persona re-nuncians, quæ Primum illius membrum constituit, sit Con-jux, seu Conjunx, eines von den Ehegatten / oder Eheleuthen / sive talis persona, quæ in matrimonio, regulariter legitimo, vixit, vivit, vel proximè in eodem victura est, Ubi omnium primùm se sistit Uxor; de qua quippe passim pleni sunt libri, Tribunalium judicata, prudentum responsa, Chur-Pfälz. L. R. *p. 4. tit. 17. art. 3.* ibi: Besonders Frauens-Persohnen / welche mehrern theils der ge-machten Schulden halber / sich pflegen zu entschuldigen. Et ipsa quidem non saltem in gratiam futuri, vel præsentis sui Mariti, suo-rumve, quos habet, aut sperat, Liberorum, Privignorum, Cogna-torum; verùm etiam in perniciem socialium Creditorum, cum qui-bus ipsius Maritus contraxit, lucris connubialibus, renunciare potest, adeò, ut non insolens DDrum hæc vox sit, facultatem Acquæstui renunciandi in singularem Mulierum gratiam & favorem intro-ductam esse, ita nempè, ut Mulieri solutô matrimoniô integrum sit, societati seu Acquæstui Conjugali renunciare, vel eandem acceptare, ac proindè, si societas lucrosa sit, Vidua sese lucrorum participem profiteri; si verò damnosa sit, nec ullum exindè lucrum speretur, so-cietati liberè renunciare, &, hôc factô, illata sua repetere valeat, nullô æris alieni incommodô implicata. Annæus Robertus, *rer. ju-dicat. lib. 4. cap. 1.* Petrus Sanz de Morquecho, *de divis. bonor. lib. 2. cap. 12. num. 26.* Dnni Antecessores apud Besold. *Cons. 92. num. 5.* Lo-pez, *de lucris mar. & uxor. cap. 7. num. 3.* Heeser. *d. Loco 16. num. 166.* Chassanæus, ad *Consuet. Burgund. Rubr. 4. §. 19.* ad verba: *Faire la re-*

la renonciation. ubi planè hoc jus personale Mulieris Privilegium appellat, *num. 4.* & §. 21. ad verba: *Ayent subtrait & recelé, n. 4.* ibi: *Privilegio sibi concesso.*

§. XXIII.

Licet autem ex hoc ipso Chassanæi asserto inferendum videatur, hanc Acquæstui conjugali renunciandi facultatem solius Uxoris propriam esse: Quia tamen hîc loci, in majori latitudine, istam nobilem materiam examinamus, quare non dubitamus, quin etiam Maritus adæquatum illius Subjectum constituat. Frequentissimum enim est, ut inter Conjuges tale Pactum ineatur, quô vel Uxor in gratiam sui Mariti, vel vicissim Maritus in gratiam Uxoris, lucris connubialibus absolutè renunciat. Sanchez, *de matrimon. lib. 6. Disp. 5. n. 1.* Garf. *de Acq. Conj. n. 147.* Barbosa, ad *L. 1. part. 3. num. 62. Sol. matrimon.* Christinæus, ad *LL. Mechlin. tit. 9. art. 11. num. 12.* Peck. *de testam. conjug. lib. 2. cap. 1. num. 3.* Sanz. *de divis. Bb. lib. 2. cap. 16. num. 1.* Boerius, *Dec. 244. num. 2.* ibi: *Ergò illis bonis acquisitis potest Vir aut Uxor renunciare.* Undè passim Nostrates ista formula hîc utuntur, ut, alterum ex Conjugibus lucris connubialibus renunciare posse, scribant. Gutierrez. *pr. QQ. lib. 2. Q. 126. n. 1.* & *Q. 127. num. 1.* & in specie de Marito, quòd ipse lucris in gratiam Uxoris renunciare queat, tradit Covarruvias, in *epit. part. 2. cap. 7. §. 1. n. 11.* Mevius, ad *Jus Lubec. part. 2. tit. 2. art. 12. n. 455.* Heeser, *d. Loco l. 16. n. 148.* Addat. in simili Berlich. *Dec. 114. num. 16. & seqq.* Hincque optimè Molina: Solet, inquit, Vir ditissimus aut Mercator dives, valdèque industrius non aliter contrahere cum uxore paupere, nisi vel omninò lucris renunciet, contenta suâ Dote, & suis bonis, dissoluto matrimonio, aut Quantitate certâ illi superadditâ, vel nisi parti aliquotæ lucrorum renunciet, contentaque solùm sit parte tertia, quarta, quinta, aut alia lucrorum simili. Simili autem modo Uxor valdè dives, quæ multos habet reditus, poterit non aliter velle contrahere cum Paupere, nisi, in favorem ipsius renunciet parti lucrorum, contentus tertia, aut quarta parte, vel alia simili eorum. *d. J. & J. tr. 2. Disp. 435. num. 1.* Illud largiter largimur, quòd circa Maritum, quoad Lucra jam quæsita, an videlicet ipse constante conjugio, in gratiam Uxoris, illis renunciare queat, cum plenus il-

 lorum

lorum jam Dominus effectus? altioris indaginis, quàm circa Uxorem ità renunciantem, dubia moveantur, de quibus inferiùs.

§. XXIV.

Sed quòd illam èɔcontra renunciationem Acquæstuum concernit, quæ non commodum alterius Conjugis, ejusdemve Liberorum, vel aliorum Cognatorum pro fine habet; sed ipsiusmet Conjugis renunciantis exonerationem ab ære alieno sociali intendit, & plerumque cum damno, interdum quidem modico; sed frequentiùs insigni Creditorum conjuncta est, hæc an etiam ad Maritum pertingere possit? à paucissimis attingitur. Nos brevissimis sic sentimus, quòd quidem regulariter hoc, ex eo, negandum sit, quoniam ipse Maritus, ceu familiæ Princeps & Administrator, utplurimùm omnes contractus celebrat, & Creditoribus, ejus fidem sequentibus, expressè se obligat; id quod si ipsa quoque Fœmina faceret, ab hoc jure eligendi, seu lucrorum conjugalium renunciatione etiam ipsam excluderet, ut inferiùs videbimus. Vide interim præ aliis P. Christinæum, ad *LL. Mechlin. tit. 9. art. 8. num. 7. & 12.* Abrah. à Wesel, *de comm. Bb. conj. tr. 2. cap. 3. num. 137.* Neque enim Creditoribus, jus, ex suis contractibus cum ipsomet Marito celebratis, quæsitum, ex sui Debitoris, videlicet Mariti, renunciatione, invitis auferri debet vel potest. *L. 11. de R. Jur. L. 25. Cod. d. pact.* Ab initio contractus liberæ sunt voluntaris: verùm obligationi semel contractæ & alteri quæsitæ renunciare potest nemo. *L. 5. Cod. de obl. & act.* Et consilium suum in alterius detrimentum vel injuriam mutare naturalis haud dubiè Ratio non patitur. *L. 75. de Reg. Jur.* Neque novum est, ut, quæ semel utiliter constituta sunt, licet ille ex postfacto casus existat, à quo initium capere haud potuerunt, nihilominùs durent. *L. 85. §. 1. de Reg. Jur.* Dn. Lauterbach, *de ære alieno in S. C. contract. §. 58.* Ex quo ità Weselius: Hoc, inquit, Statutum nullo modo Marito viduo applicari potest: Hic enim, ceu societatis Magister, contracta à se debita, abdicatione bonorum, effugere nequit. Id quod Statutis nonnullorum locorum, ut apud Lovanienses, Iperenses, Brugenses, Veromanduos expressim sancitum est. *d. n. 142.*

Sed tamen Maritum non prorsùs abhinc excludi debere, quis existimaverit. Quid enim si v. gr. Uxor, tanquam Mercatrix, sive Negotiatrix, propalàm mercimonia, in communem societatis

bono-

bonorum conjugalis utilitatem eousque tractaverit, &, conflatô jam grandi ære alieno, Creditores ipsius concursum excitent, an Marito, Acquæstui renunciare parato, suorum Allatorum repetitionem denegabimus? Equidem Maritus ex suæ uxoris negotiatricis hanc ipsius mercaturam vel negotiationem concernentibus gestis, vel ex eo, tenetur, quòd, dùm Uxor palàm mercaturam exercet, ex ipsius mandato & voluntate hoc agere censeatur, quasi nempè maritus huic negotiationi eam ipsemet præposuerit. arg. *L. 6. §. 2. L. 18. L. 53. ff. mand. L. 1. §. 5. ff. d. exercit. act. L. 7. §. 11. d. SCto Maced.* Raphael de Turri, *tr. de camb. D. 3. Q. 7. num. 33.* Joh. à Sande, *Decc. Frisicar. lib. 2. tit. 4. D. 4.* ubi hoc usu receptum esse scribit. Rodenburg. *tract. de jur. conjug. tit. 2. cap. 1. num. 17.* post Gomez. Bouvet. & Christin. B. Wibelius, *de contract. mul. cap. 4. n. 199. & seqq.* Dn. Lauterbach, *de ære alieno in S. C. contr. §. 75.* ubi idem Foro etiam Wurtembergico accommodat. Sed, quemadmodum in casu, quando Uxor, ob Debita in societatis utilitatem à Marito contracta, à Creditoribus convenitur, Lucris renunciando, ab omni hoc onere se eximere potest, & Creditores solum Maritum excutere coguntur; juxta proximè tradita in §. 22. & infrà prolixiùs examinanda: Ita certum videbatur, quòd in casu substrato, Maritus, ob Debita, in societatis utilitatem, ab Uxore negotiatrice contracta, à suæ uxoris creditoribus conventus, lucris renunciando, se non minùs hâc æris alieni saburrâ exuere valeat; tùm ex eo, quòd Vir & Uxor sint correlata, & quod juris est in uno, regulariter etiam obtineat in altero; *L. ult. Cod. de ind. viduit. toll.* Marius Muta, ad *Consuet. Panormit. cap. 43. num. 90.* tùm & quia in Marito hactenùs eædem, quæ in casu converso in ipsius Uxore, Rationes omninò militare videntur, juncta regula *Leg. 32. ad L. Aquil.* Kohl, ad *Constit. Marchic. Q. 5. num. 9.* Et fortassis hæc etiam in aliis casibus, licet Fœmina non sit talis negotiatrix, sed tamen alendæ, ac sustentandæ Familiæ causa, aliave ratione, in communem societatis causam, contrahat, dùm nempè, ceu omnis domesticæ negotiationis magistra quasi, rem familiarem sola curat, Maritô vel prorsùs ad illam ineptô, vel incuriosè negligenti, vel denique ob publicum, quod gerit, officium, omninò his impari, habitâ ratione dignitatis Mariti, utriusque facultatum, & præsertim quoque numero & onere familiæ, admittenda quis dixerit; per ea, quæ scitè annotavit Herbajus, *rer. quotidian. cap. 13. §. 20.* Sande, *lib. 2. tit. 4. D. 4. vers.*

Secundò hæc consuetudo. junctis proximè firmatis; & in casu huic simillimo definit Kohlius, *d. Q. 5. n. 9. & seqq.* Verùm, his non obstantibus, regulariter Negativa, quòd nempè Maritus, etiam talibus in casibus, judicio debiti persecutorio, per renunciationem Acquæstûs conjugalis, se eripere non possit, nobis verior videtur, ex eo, quòd Maritus Uxorem, Mercaturæ, ut diximus, aliive consimili negotiationi, curæve domesticæ ipse quasi præposuerit, & id, quod Uxor palàm egit, firmaverit, idque, si displiceret, inhibere potuerit, contrà quàm in Uxore rem sese habere, superiùs notavimus. Abrah. à Wesel, *de connub. Bb. societ. tr. 2. cap. 3. num. 144.* Mevius, ad *Jus Lubec. p. 2. t. 2. art. 12. num. 166.* Damhoud. in *Praxi rer. civil. cap. 18. num. 21.* ibi: *Viduus tali beneficio gaudere non potest.* Quodsi tamen Maritus suum Dissensum super tali Uxoris negotiatione à se interpositum probare posset, æquissimum sanè erit, pro religioso judicantium arbitrio, ipsum ære, ab illâ, in causam societatis contracto, per renunciationem acquæstuum liberari. Quò faciunt tradd. Thomæ Herbaji, *d. §. 20. pag. 160.* Et quòd hoc beneficium, specialibus Statutis & Moribus Locorum, etiam ad Maritos porrectum sit, elucescit ex iis, quæ in terminis exhibet Renatus Choppin. *de morib. Parisior. lib. 2. tit. 1. n. 22.* ibi: *Virorum peræquè ac Uxorum.* Reformat. Civit. Francofurt. *part. 3. tit. 7. artic. 7.* ibi: Das letztlebende/ sonderlich die Eheweiber. & *tot. tit.* Gräfl. Solmisch Land-R. *p. 2. tit. 28. §. 7.* ibi: Dem letztlebenden. Chur-Pfältz. Land-R. *p. 4. t. 17. §. 1.* ibi: Das letztlebende. Fürstl. Nass. Lands-Ord. *p. 4. cap. 15. §. 2.* ibi: Das letztlebende Ehegatt.

§. XXV.

Ex illo nihil diversi juris nascitur, seu de Conjuge militaris, seu paganicæ conditionis quæratur; arg. eorum, quæ tradit Suarez. *de lucris marit. & uxor. tit. 1. n. 32.* sive Divite, sive Paupere; arg. doctrinæ Peckii, *de testam. conj. libr. 2. cap. 3.* Mevii, ad *Jus Lubec. p. 2. t. 2. art. 12. num. 357.* Chassanæi, ad *Consuet. Burgund. rubr. 4. §. 2.* in verb. *Mariée;* sive Nobili, sive alio: cùm utique etiam inter nobiles conjuges illa consuetudinaria Bb. Societas nonnullibi obtineat. Suarez, *d. tit. 1. num. 46.* Dn. Lauterbach, *de Societ. Bonor. conjug. cap. 3. §. 1.* Abrah. à Wesel, *de connub. bonor. soc. tr. 1. num. 26.* In quo tamen diligenter ad cujuslibet Provinciæ Statuta & Mores respiciendum erit. Nam quòd immediata S. Rom. Im-

perii

perii Nobilitas in tractu hoc Suevico, talem societatem & lucrorum conjugalium communionem, citra Pacta specialia, inter conjuges haud frequentet, præter propriam in Praxi nostrâ experientiam, nobis communicavit nobilissimus & amplissimus Dn. Obrechtus, inclyti Ordinis Equestris, Cantonis Neccarici, Consiliarius meritiss. his in Foro versantibus utilissimis formalibus: Daß die Dames, bey ereignenden Todfällen/ sich keiner Errungenschafft zu erfreuen haben/ es seyen dañ/ derentwegen/ besondere Ehe-Pacten zwischen Ihnen vorhanden. Wann ein Cavalier stirbt/ empfangt die Dame gemeiniglich (1.) Ihr Zugebrachtes/ (2.) die Morgengab/ (3.) die Widerlag; so dann (4.) den Widdumb; und dise beede letztere/ so lang sie den Wittibstuhl unverruckt hält. Von der Errungenschafft bekompt Sie nichts; hat aber auch nichts mit der Einbuß zuthun. Stirbt die Dame zu erst/ und hinterläst kein Testament/ so wird ihren Erben zu erst Ihr Zubringen/ und etwa die Morgengab/ nachdeme die Ehe-Pacten/ welche mehrerntheils errichtet werden/ lauten/ hinaußgegeben; doch öffters nicht gleich; sondern es hat der Maritus, wiewohl salvo Capitali, ad dies vitæ, den Usumfructum davon zu gaudiren. Quomodo etiam in Magnatibus, sive majorum Gentium Nobilibus, Comitibus, Baronibus, & quorum pleraque bona feudalia sunt, illam communionem vix locum habere, in suprema Hollandiæ Curiâ judicatum recenset Neostadius, *de pact. antenupt. Obs. 9. in not. vers. Sub specie dotis.* Simon van Leuwen, *Cens. forens. lib. 4. cap. 23. num. 11.* & de tractus Westphalici Nobilibus testatur Jac. Andr. Crusius, in *addit. ad Jus Statutar. Mindense, lib. 1. tit. 13. Dec. 2. p. 176.* Quibus convenienter inter illos & hæc Acquæstuum conjugalium renunciatio pedem figere non poterit.

§. XXVI.

Illa aleæ plenissima, &, judice Hodierna, ad *L. Hac edictali. 6. Cod. de sec. nupt. Q. 35.* apprimè perplexa, ac proindè, quam hîc sub incudem vocemus, dignissima est Quæstio: Quid de binubis Conjugibus, ex priore matrimonio liberos habentibus, circa istam Acquæstuum renunciationem haberi debeat? Nobis hîc primo omnium distinguendum videtur: An de quæstuum Cessione à Conjuge in Conjugis commodum facienda; an

verò de illa renunciatione, quæ binubi conjugis exonerationem à debitis socialibus intendit, quæratur? Quantum paucis ad hanc, nobis hactenùs inter binubum & alium Conjugem, qui in primo adhuc matrimonio vivit, omnimodò nihil interesse videtur.

Sed illud quam maximè à Nostratibus disceptatur: Cùm illa famosa Lex, Hac edictali. 6. Codic. de secund. Nupt. absolutè prohibeat, quòd binubus Parens, secundæ Conjugi, non plus, quàm uni liberorum primi thori, & quidem ei, cui minimum reliquit, relinquendi facultatem habere debeat, omni circumscriptione, quocunque modo illa excogitetur, totaliter cessante; an igitur Maritus, ex priore conjugio liberos habens, nec Acquæstûs conjugalis sibi debitam portionem, secundæ Uxori, vel ejus Liberis cedere valeat? Nos in hac Q. definienda interesse arbitramur, utrum binubus Parens, in gratiam Novercæ, vel Noverca in Vitrici, quem superinducit, in tabulis nuptialibus, Lucris stante matrimonio obventuris renunciet, sicque renunciatio sub ipsis nuptiarum auspiciis fiat? An verò de jure jamjam quæsitorum & adhuc quærendorum Novercæ cedendo, constante conjugio, Pactum ineatur?

§. XXVII.

Quod Posterius Membrum attinet, equidem ex illis, quæ multi Ddres de hac ipsa Conquæstuum jam partorum cessione, constante Conjugio in Conjugem facienda, generaliter tradunt, quòd videl. illa, hôc non obstante, quòd Donatio inter Conjuges prohibita sit, nihilominùs pro valida haberi debeat, inferendum videbatur, quòd eadem etiam à binubo Parente, non obstante Legis 6. prohibitione, efficaciter fiat. Dicunt enim, quòd ille, qui occasione acquirendi non utitur, in fraudem Legis nihil committat; ex *L. 69. §. 1. ff. pro soc.* Neque, tali in casu, Conjugem lucra cedentem, licet alter per illum locupletior reddatur, revera ex eo, quòd illud, ad quod ei Jus competebat dependenter ab ipsius acceptatione, non ipse acquirat; sed eidem, in commodum alterius, renunciet, fieri pauperiorem. Cùm enim Conjuges & præcipuè Uxor, matrimonió constante, Dominium Acquæstuum non aliter habeant, quàm dependenter à libera ipsorum acceptatione, atque ità tamdiu, donec

illa

illa acceptent, solâ Juris fictione Domini existimentur; æquè ac Legatarius rei sibi legatæ (suppositis supponendis) dominium quidem statim ex primo mortis Testatoris momento, Juris fictione, pariter acquirit; verùm itidem dependenter à finali ipsiusmet acceptatione; conferatur inprimis *Lex 15. de reb. dub. ibique* DDres: Quare dicunt, quòd, sicuti Conjux, Conjugis favore, Legatum à se dicto modo acquisitum, pro libero arbitrio remittere potest, & tamen hôc ipsô in legem, donationes inter Conjuges prohibentem, nullatenùs peccat; tx. expr. in *L. 5. §. 14. de donat. inter Vir. & Ux.* juncta *L. 80. de leg. 2. L. 64. de furt.* eò, quòd talis Conjux de suo patrimonio nihil deponat, & in alterum alienet; sed tantummodò Legatum, per legalem quendam transitum in se translatum, non perfectè acquirat. *d. L. 15. de reb. dub.* Ità etiam in proposito Conjux lucra conjugalia in gratiam Novercæ pariter remittere, & nullatenùs obstante Legis, Hac edictali, prohibitione, ei cedere queat; cùm & ipse, hôc modô, de suo patrimonio nihil deponat, atque ità Novercæ ex sua substantia, plus, quàm uni ex liberis primi thori, relinquat; sed solummodò ista Lucra, adhuc à futurâ suâ acceptatione dependenter acquisita, non perfectè acquirat. Addunt denique & hoc, quòd per ejusmodi renunciationem res tota ad terminos Juris Communis, quod communionem lucrorum inter Conjuges ignorat, reducatur: Qualis interpretatio amplectenda est quàm maximè. Et huic ipsi sententiæ, quòd videlicet Acquisita, etiam stante conjugio, à Conjuge Conjugi efficaciter cedantur, non obstante *toto tit. de Donat. inter Vir. & Ux.* subscribunt inter alios Palat. Ruvios, in *repetit. Rubr. de donat. inter Vir. & Ux. §. 47. num. 13.* Covarruv. *tract. de matrimon. part. 2. cap. 7. §. 1. num. 14.* Gomez. ad *L. Taur. 60.* Gutierrez. *pr. Qq. lib. 2. Q. 126. num. 5.* Suarez, *d. tit. de las Ganancias. num. 24.* Alphonsus de Azevedo, ad *Constit. Reg. Hispan. lib. 5. tit. 9. L. 9. Tauri. 6. n. 2. & seqq.* Peck. *de testam. conjug. lib. 2. cap. 1. n. 3.*

§. XXVIII.

Verùm hæc & similia, utut speciosissima, ad probandam hanc sententiam nos planè non movent, ceu firmissimè persuasos, quòd binubus Parens, jus jamjam quæsitorum (sive de quantitate horum constet, sive non) Novercæ, vel Vitrico, per *d. L. Hac edictali.* cedere neutiquàm possit. Primò namque plerorumq; Locorum mori-

moribus, omnia Lucra, ab alterutrô conjugum honestè quæsita, etiam alteri Conjugi, ipso jure quæruntur & communicantur, sic, ut etiam Uxor à Marito quæsitorum dominium & possessionem, absque ullâ cessione vel corporali traditione, confestim acquirat; ut ex Jure Wurtembergico jam superiùs firmavimus, & infrà prolixiùs statuminabimus. Idem peculiari Frisiorum sanctione definitum refert Sande, *Decc. Frisic. lib. 2. tit. 3. Dec. 6.* & in tota Hispania, itemque Lusitania, receptissimum testatur, & ex LLbus utriusque Regni plena manu corroborat Ludov. Molina, *d. J. & J. tr. 2. Disp. 434. n. 2.* ubi scribit: Hôc ipsô, quô Vir comparat dominium & possessionem bonorum superlucratorum, etiam Uxorem dominium & possessionem illorum acquirere, ac proindè simùl cum Viro illorum Dominam esse; sicut etiam èeontra Vir simùl cum Uxore eorum, quæ ipsa suâ comparat industriâ, Dominus sit. Idem etiam Bruxellensium, Buscoducensium, Antverpiensium, & Lovaniensium Statutis caveri, ostendit Weselius, *de connub. Bb. societ. cap. 2. num. 11.* & suo suffragio probat etiam Gomesius, ad *L. Tauri 50. num. 76.* eleganter, post Palat. Rubeum, Covarruv. Lopez. Gomez. Avendanum, Baeçam, Parladorius, *rer. quotidianar. lib. 2. cap. 5. num. 14. & cap. ult. tert. part. §. 1. num. 4. & 5.* ubi etiam de Nominibus, licet illa de solo Marito loquantur, idem optimè adserit, ex ista egregia Baldi sententia, quòd, quando Lex ipsa Bona dividit inter homines, nulla Cessio necessaria sit: quod etiam tradit Johannes à Sommeren, *de jure Novercar. cap. 9. §. 2.* ibi: *Apud nos, vi Statutariæ communionis, Lucra ipso jure statim inter conjuges fiunt communia, eaque verè uterque possidet, nullâ* traditione *aut* Cessione *interveniente.* (Videat. tamen Garsias, *de acq. conjug. n. 157.* Marius Muta, ad *Consuetud. Panormitan. cap. 43. num. 61*) Goris, in *adversar. tract. 1. cap. 1.* Didacus à Segura, *tract. de lucris mariti & uxor. num. 44.* verbis: *Incontinenti Uxor habet dominium medietatis illorum Bonorum; licet Maritus possit vendere illa lucra pro parte Utriusque. & numm. sqq.* Neostad. *de pact. antenuptial. obs. 9.* Simon van Leuwen, *Cens. forens. lib. 4. cap. 23. num. 22.* ibi: *Ipso jure inter eos communia sint.* post Paris. Tiraquell. & alios, Francisc. Munnoz. de Escobar, *de computat. cap. 9. num. 1. & ult.* ubi tamen inter Species & Quantitates, cum Baldo & Matienço, singulariter distinguit. Abrah. à Wesel, ad *Novellas Ultraje-*

trajectiu. art. 10. num. 56. & in *tr. de connub. Bonor. Societ. cap. 2. n. 11.* ubi dicit, quòd, ", Conjuges sua negotiatione, parsimoniâ, vel operâ, tantum pecuniæ corraserint, undè fundum vel quamlibet rem aliam emerint, ea res utriusque communis sit; nec referre, Mariti solius nomen, vel utriusque, literis mancipationis professum sit: utrôque enim casu Uxori etiam dominium & possessionem actu tùm acquiri. Legis namque ministeriô, solo etiam Mariti labore parta Uxori actutùm communicantur, licet ipsa otiosa totas domi dies sedeat; ut loqui amat Idem, *d. cap. 2. num. 155.* Simon à Grœneweg. *de LLb. abrog. ad L. 5. & 6. Cod. si quis alt. vel sibi.* Gomez. ad *L. Tauri 60. n. 1.* Goris, *d. tr. cap. 5. num. 2. 3. 4. & 9.* Joh. à Someren, *d. jure Novercar. cap. 9.* §. 2. Alvar. Valasc. *consult. 103. num. 27.* Joh. à Sande, *d. tit. 5. Def. 6.* Bartholom. Chassanæus, ad *Consuetud. Burgund. rubr. 4.* §. 20. ad verba: *Et avec ce ne prendra. num. 1.* Leonhard. Duard. *de societ. lib. 2. cap. 3. Q. 4. n. 23.* Addat. omninò Dn. Lauterbach, *de ære alieno in societ. conjug. contr. §. 63. num. 4. & sqq.* ex quibus illa, quæ ipse in *Diss. de Soc. Bon. conjug. cap. 5. §. 5.* non tàm exactè tradit, explicanda arbitramur.

§. XXIX.

Suppositô verò hôc, quòd Uxor lucrorum, vel solius Mariti, vel communi industriâ acquisitorum, Dominium, pro parte, ipso jure quæsiverit, in tantum, ut Uxor suam partem verè possidere dicatur, post plures, à Garsia, *d. Acquæstu Conj. num. 12.* salvâ utique veritate adstrui non potest, quòd, si illa suam partem, constante conjugio, Vitrico cesserit, ipsa propria sua bona non erogaverit, & solummodò acquirendi occasione usa non fuerit; ut aliàs Gajus, in *L. 68. §. 1. ff. pro soc.* Quodsi, ut Julianus tradit, in *L. 4. d. donat. inter vir. & ux.* ideò non subsistit Conjugi facta Donatio, quia propter donationem in bonis desinam habere rem, quam habiturus eram, utique renunciatio, quâ id remittit binuba Mater, quod jam habet, in fraudem Legis, Hac Edictali, facta non sustinebitur.

Et si, secundò, de binubo Marito ista quæstio moveatur, an nimirum Acquæstuum renunciatio, ab ipso, in gratiam secundæ Uxoris facta, Legi, Hac Edict. non contrarietur, quô vel minimô sub colore affirmare poterimus, quòd ille hôc ipsô non reddatur pauperior, dùm dimidiam Lucrorum de suo patrimonio reverà

F depo-

deponit, verbo *dictæ Legis 5. §. 13. d. donat. inter Vir. & Ux.* & in conjugem cedit? Annon enim Maritus istorum acquæstuum plenum dominium, absque ullâ Juris fictione, vel dependentia ab ulteriore quadam acceptatione, procul dubio acquisivit? Hoc sanè ambabus omnes manibus concedunt, & ex se satis perspicuum esse, verissimè scribit Ludovicus Molina, *de Just. & Jure, Disp. 435. num. 4. in fin.* Thomas Sanchez, *de Matrimon. lib. 6. Disp. 5. num. 7.* ubi scribit, Maritum nullo modo posse constante matrimonio cedere lucris acquisitis in favorem Uxoris, eo quòd ipse perfectè & irrevocabiliter Medietatis dominus sit. Quàm certum ergò est, quòd binubus Maritus, ex aliis suis Bonis, sub conditione, si in casum Matrimonii, aliquando soluti, illa non sint consumpta vel alienata, secundæ Uxori, nullum Præcipuum relinquere possit; tàm certum & hoc esse existimamus, quòd ipse nec suam portionem Lucrorum jam acquisitorum, constante conjugio, ei cedere valeat: & quòd proindè, etiam ex natura Correlativorum, nec de binuba Matre diversum sentiendum sit; ut quæ pariter omnium durante conjugio factorum Acquæstuum dominium plenum & integrum quæsivit; si præsertim de lucris ipsiusmet uxoris proprio artificiô, labore, industriâ, maximè mercatoriâ, vel consimili comparatis quæstio sit. Jungat. Segura, *de Lucr. Mar. & Ux. num. 64.*

§. XXX.

Tertiò, si hoc problema, juxta illam magistralem Hodiernæ, ad *L. Hac Edictali. Q. 35. n. 39. C. de S. N.* Mangilii, *de imputat. Q. 117. num. 15. & sqq.* Vincentii de Franchis. *Dec. 101. num. 32.* pluriumque aliorum distinctionem, quâ videlicet lucra, ex Lege, vel ultima voluntate delata, pro libero arbitratu non acquiri posse, tradunt; ex contractu verò debita, ceu incommutabiliter acquisita, remitti posse, negant, examinemus, certè etiam hactenùs magna ratio exurgit, quòd nec binuba Mater, in gratiam Vitrici, Lucra jam acquisita, magis, quàm talis Pater, in gratiam Novercæ, remittere valeat. Annon enim, si ejusmodi binubæ Matri, ex societate cum Tertiô inita, & adhucdùm florente, Lucra jam acquisita, pro parte dimidiâ, debita essent, illa hæc, ceu eidem ex contractu

tractu & incommutabiliter debita, in gratiam Vitrici, constante cum illo conjugio cedens, de suo patrimonio reverà deponeret, deque sua substantia secundo Marito, prae prioris thori liberis, efficacissimum, & in *d. L. 6.* tàm enixè prohibitum Praecipuum relinqueret? Atqui etiam conjugalis haec Bonorum Societas vera dicitur societas; per prolixè stabilità à B. Lauterbachio, *d. Soc. Bonor. conjug. cap. 1. §. 3.* Quare igitur ex eo, quòd haec Lucra eidem, ex societate non cum aliquo Tertio; sed Marito suo initâ debita sint, tàm diversum hîc jus, sine solida hujus diversi Juris (Qualis equidem non est, quam adducit Thomas Sanchez, *de matrimon. lib. 6. Disp. 5. num. 11. vers. Ad secundum dic.* ut patescit ex inferiùs à nobis tractatis, in §. 40.) ratione, admittamus?

Et annon, Quartò, si binubus Parens, secundo Conjugi, prae prioris thori liberis, tale conferat Praecipuum, quod consistat in sola Debiti remissione, etiam hac ratione is de sua substantia ei aliquid dedisse, & in Legem illam 6. peccasse dicendus erit? Sanè quidem, si vera sunt, quae decidit Ulpianus, in *L. 5. §. 5.* ibi: *Remissionem autem hactenùs non valere, quatenùs facta est locupletior. de donat. inter Vir. & Ux.* Quare igitur in proposito, ubi etiam Lucra, pro dimidia, tali binubo Parenti, ex connubiali illa societate, reverà debita, ab ipso, secundae Uxori ceduntur, diversum sentiamus?

Plura pro roboranda eadem sententia peti possunt ex Molina, *cit. loc.* Chassanaeo, ad *Consuet. Burg. rubr. 4. §. 2. verb. acquets. num. 15. vers. Limita tertiò.* Herbajo, *rer. quotidianar. cap. 17. imprimis pag. 248.* Neostad. *de pactis antenuptial. Obs. 4.* & *ibid. in not.* Hodierna, *d. Q. 35.* Balthasare, *pract. resoll. tit. 1. resol. 1. num. 113. in fin.* Rodenburg. *tract. de jure conjug. tit. 2. cap. 4. num. 20.* Abrahamo à Wesel, ad *Novellas Ultrajectin. d. art. 10. num. 54. & sqq.* Johanne à Someren, *de jure Novercar. cap. 9.* §. 2. ubi rectè porrò addit, quòd, tametsi Acquaestuum renunciatio, inter conjuges, qui nullos ex priore matrimonio liberos habent, in vim ultimae voluntatis convalescat, si Donator ad extremum in illa persistat, ceu in id tempus, quô non ampliùs conjuges futuri sunt, excurrens; *L. 1. L. 3. L. 25. Cod. d. donat. inter Vir. & Ux.* quia tamen in Acquaestuum communione praecipua saepè conjugalium bonorum moles consistat, ideò inter Binubos ista gratificatio non aliter valeat, quàm si illa filialem portionem non excedat.

§. XXXI.

Neque aliud, quoad proximè definitum articulum, in hoc inclyto Ducatu sentiendum arbitramur. Quamvis enim nonnullis exertus in contrariam sententiam textus contineri videatur in *part. 4. Jur. Provincial. tit. 4.* §. Also auch, cujus ultima verba, superstiti Viduæ, indistinctè permittunt, ut ipsa post mortem sui Mariti, ante divisionem, præter Bona allata, tanquàm propriam præcipiat etiam Morgengabam à Marito relictam, vel saltem promissam, nec non ea, quæ Maritus constante Matrimonio ei donavit, & ante mortem non revocavit; tametsi hæc non sint modici pretii: Quibus omnibus prælibatis, ipsa postmodò nihilominùs cum Liberis Mariti, etiam ex primo Matrimonio oriundis, si duo vel plures sint, in partem æqualem seu virilem succedit. Landr. *d. part. 4. tit. 6.* §. Wann ein. *in fin.* ibi: Und dann hindanemmung deß überlebenden. & §§. *seqq.* præcipuè §. Und dann gebührt dem Jacob. ibi: Uber seinen in vorhergehendem vierten Titul bestimmten Vorauß. *pag. 448.* & in *tit. 8.* §. Und dann gebührt der Marien. *pag. 456.* Quia tamen Statuta & Jura hujusmodi Provincialia ex Jure Communi passivam recipiunt interpretationem, Aymo Cravetta, *consil. 236. num. 9.* & semper ità exaudienda sunt, ut Jus Commune per illa minimùm corrigatur vel lædatur; Ddr. ad *L. 64. §. 9. solut. matrim.* præcipuè si hoc in Æquitate fundatum sit; qualis vulgò illa Lex, Hac Edictali. à Ddb. reputatur: Mæstert. *tract. de secund. nupt. Q. 60. num. 3.* Neque enim verisimile est, Statutorum conditores nobilissima & æquissima Jura communia, tot vigiliis fabricata, tàm facilè, & tacitè, nullâ nempe illorum commemoratione factâ, abrogare voluisse: arg. *L. 35. princip. Cod. d. inoffic. testam.* præsertim ubi Ius Commune & Statuta simùl stare possunt: arg. *L. 27. & 28. ff. d. LL.* Proindè dicendum, prædictum §. Also auch, ratione eorum, quæ à Conjuge Conjugi donata sunt, vel ad Casum restringendum esse, si illa Vidua sit prima Conjux: vel secunda quidem Uxor; sed ubi Maritus ex prioribus nuptiis nullos liberos reliquit: vel denique reliquit quidem; sed etiam ipsis æqualem portionem donavit, prælegavit, aut alio modo dedit, ità, ut Liberi prioris Matrimonii, & superstes Noverca partes habeant æquales, & Vidua non plus à Marito consequatur, quàm unus ex Liberis prioris conjugii, cui minus relictum sit; secundum

d. L.

d. L. Hac Edictali. Ità nostri Bb. Domini Antecessores, in casu Anno 1660. à Magistratu Stutgardiano sibi proposito pronuntiarunt. Vide tamen Serenissimi quondam Domini Ducis Administratoris, FRIDERICI CAROLI, glor. memor. Generale Rescriptum de 20. Julii, Anni 1683. *pag. 3. & 4.*

§. XXXII.

Quid verò, si talis Binubus Parens, constante conjugio, non saltem Lucris jam acquisitis; sed & porrò acquirendis, in gratiam Novercæ, vel Vitrici, renunciet? an hæc Renunciatio saltem quoad acquirenda reputabitur pro valida? Nobis, ex Rationibus, circa alterum membrum, si nimirum talis Parens, in tabulis sponsalitiis, Acquæstibus in posterum obventuris renunciet, mox adducendis, paucis ità videtur, quòd talis Lucrorum adhuc acquirendorum Renunciatio regulariter nec Titulo *de donat. inter Vir. & Ux.* nec *Legi 6. Cod. d. sec. nupt.* contraria sit; in terminis Herbajus, *rer. quotid. cap. 17.* Non tamen exclusô omni Judicis arbitriô.

§. XXXIII.

Quid enim, si Reditus à binubo Parente illatorum bonorum, qui & ipsi, nostris moribus, conquæstuum nomine DD.bus veniunt, juxta ea, quæ ex Sanzio, & Antonio Matthæo, de his differit Wesel, *de connub. bonor. societ. tr. 2. cap. 2. num. 149. & seq.* magis certi, quàm incerti sint: ità, ut infallibilis propemodùm spes sit, ipsius substantiæ magnum indè augmentum adjectum iri, quod in gratiam Novercæ vel Vitrici cedit? Jungat. B. Dn. Lauterbach, *de Jure ἀντιχρήσ. §. 44.* Quid si binubo illi Patri, ex tot jam retrò argumentis & annis, quos cum illa secunda Uxore traduxit, abundè jam constet, illam, nimis mollicellam, otiosam ætatem & curis vacuam, in utramvis, quod vulgo ajunt, aurem dormientem, traducere suevisse? Quis hoc in manifestam fraudem dictæ Legis 6. impingere neget, si illa, Parentis indefessô & improbô labore quæsita, in Societatis divisione, vi paternæ Cessionis, sibi omnia, vel pleraque asserere ausit? Quis, quæsumus, Matri intemperanti, quæ vicies, tricies, quinquagies, centies mille in bonis habet, homini otioso, cui secunda dedit vota, horum reditus ex suâ solius substantiâ provenientes,

tes, quos, supra expensas in rem familiarem honestè erogandas, annuatim lucrari eousq; consuevit, in posterum cedere, salvâ istâ æquissimâ Legis 6. sanctione, fas vel integrum esse asserat? Nihil certè hîc proponitur, cur ejusmodi binubus Pater vel Mater non dicatur pauperior, qui in divisione Societatis non habeat id, quod, citra pactum illud gratificatorium, seu renunciativum, procul dubio habituri essent; juxta *L. 56. de donat. int. vir. & ux.* Neque sine ratione Antonius Mornacius, illud judiciarium Romanorum axioma, Non peccare in Legem, qui acquirere neglexit, vel qui occasione acquirendi non sit usus, iniquam, minimùm in ejusmodi casibus, vocat subtilitatem, quam in purpuris Senatus-consulto apud Gallos abrogatam scribit; eo quòd peccatum tàm omittendo, quàm committendo, admittatur notoriè. ad *67. pro soc.* Joh. à Someren. *de jure Noverc. cap. 9. §. 2.* Adeatur omninò Gerhard. Maynard. *Decc. Tholosan. lib. 3. Dec. 85. n. 1.* ubi dicit: Difficulter admodùm Curiam Tholosanam sese conformaturam Præjudiciis Parlamenti Parisiensis à Charonda, *lib. 9. Respp. cap. 59.* relatis; quòd scil. ea, quæ constante matrimonio, quamvis valdè opima forent, per mulierem binubam cum secundo marito quæsita fuerint, (de quibus convenerat, quòd eadem ad maritum ejusdemque hæredes pleno jure pertinere, aut, Maritô prædefunctô, Uxor illis tantùm ad dies vitæ uti frui deberet) legis, Hac Edictali, sanctioni haud subjaceant; per ibidem adductas & à nobis hinc proximè adducendas Rationes.

§. XXXIV.

Quod itaque hoc Alterum Membrum concernit, si videlicet binubus Pater, vel Mater, in tabulis Sponsalitiis, sive matrimonialibus, sub ipsis conjugii contrahendi auspiciis, Lucris connubialibus adhucdùm quærendis, in gratiam Novercæ, vel Vitrici renunciet, hîc equidem plus dubii Abrahamus Weselius observavit subesse. Licet enim inter Omnes constare hoc asserat Johannes Heeserus, quòd Conjuges, ante contractas nuptias, in Pactis dotalibus, hoc benè cavere possint, quòd hæc Lucra ad solum alterutrum Conjugem, exclusô alterô, deferri debeant, *d. part. 2. Loco 16. num. 140.* eidemque, præter alios, subscribat Petrus Sanz. *lib. 2. cap. 16. n. 1.* Marius Giurba, ad *Consuetud. Messan. cap. 1. gloss. 8. num. 8.* Johann-Frideric. Sol, *de Bb. const. matrimon.*

mon. acquisit. Q. 9. num. 20. ubi istam pulcherrimam pro Marito cautelam vocat. Roder. Suares. *tit. de las ganancias, num.* 24. ubi pariter hanc optimam Cautelam & securitatem appellat. Joh. Faber, ad *rubr. Inst. de nupt.* ubi monet, quòd illi, qui ducunt Uxores, in hoc multùm advertere debeant: Chassan. ad *Consuet. Burgund. rubr.* 4. §. 2. ad verba: *Et acquêts. n.* 15. Ex hac, quam viderimus, palmariâ ratione, quòd, tempore initi hujusmodi contractûs, lucrorum conjugalium renunciatorii, Renuncians nondùm Conjux; sed solùm Desponsatus sit, ac proindè nec Titulus de donationibus inter Vir. & Ux. ceu inter Consponsos nullum obtinens locum, (Jungat. *L.* 5. *princip. ff. de donat. inter vir. & ux.*) nec Lex, Hâc Edictali. hîc obstaculo esse debeat; Videat. Molina, *d. num.* 1. Sanchez. *de matrimon. lib.* 6. *Disp.* 5. *num.* 1. Et quòd utraque hæc sanctio eam duntaxat munificentiam coërcere videatur, quam binubus Parens, in novum Conjugem, ex suis propriis facultatibus exercet; Lucra verò eô tempore adhucdùm quærenda, tempore Pacti confecti, non saltem necdùm in ipsius Dominio; sed & planè in rerum natura non fuerint; imò, cùm eo tempore prorsùs fuerit incertum, an ullus, an nullus istius connubii Acquæstus futurus esset? quapropter, per talem renunciationem, Parentem binubum de suo patrimonio nihil diminuisse, vel Novercæ aut Vitrico de suo dedisse, verè adstrui posse; prout etiam non semel judicatum recenset laudatus Charondas:

Tamen istam sententiam, his ipsis in terminis, acerrimè impugnat Gerhardus Maynardus, *d. Dec.* 85. *num.* 1. Wesel. ad *d. Art.* 10. *n.* 61. Rodenburg. *de jure conjug. tit.* 2. *cap.* 4. *n.* 30. arbitrati, ex eo, quòd Lucra hæc, tempore matrimonii contracti, nondùm extiterint, nullatenùs evinci, adhuc Acquirendorum Renunciationem novi Conjugis compendio, & dispendio Liberorum prioris conjugii, efficaciter fieri: Satis etenim esse, talem binubum Parentem spem futurorum illo tempore habuisse; cùm & spes futurorum, & spes debitum iri, nempe Lucra, Actiones, aliàque fortuita, ab incerto quantumvis eventu pendentia, non minùs, quàm illa, quæ in nostra jam manu sunt, in conventionem deduci possint; *L.* 3. *Cod. de donat.* ità quidem, ut etiam talis conventio ex præsenti suas vires accipere dicatur in *L.* 26. *ff. de stipul. servor.* Addat. *L.* 8. *de peric. rei vend. L.* 11. §. 1. *qui potior. in pign. hab.* Quibus meritò illud additur, quòd de Lucro

verisi-

verisim li ab aliquo remisso, sicut de vero Damno, Nostri soleant judicare; ut ex Curtio Jun. & Bardellono in simili urgetur à Mario Giurba, ad *Consuet. Messanens. cap. 1. gloss. 8. part. 2. num. 51. in fin.* Nec minùs & illud, quòd inter personas de præsenti desponsatas major, quàm inter Conjuges, affectio sit, cùm omnia nova magis arrideant, & indies magis tepescat amor. Undè, quanto Consponsi sunt faciliores ac liberaliores ad petita sibi invicem nimis largiter concedenda, tanto magis providendum, ne ipsi mutuo amore se spolient; quod in simili considerant ipsi Augusti in *L. 5. Cod. de bon. quæ liber.* Sanchez, *de matrim. lib. 6. Disp. 1. num. 4.* Tralatitium quippè est, quòd, ubi majus periculum subest, ibi etiam majori cautelâ sit opus, per *L. 1. §. 5. ff. de Carbon. Edict. Cap. 3. d. elect. in 6.* & congesta Barbosæ, in *voc. Periculum. ax. 10. & 16.* Nec tàm primum Pactorum dotalium initium, quàm illorum effectum, in definienda hac ipsa quæstione: Utrum binubus Parens, Novercæ, vel Vitrico, plus, quàm uni ex Liberis primi thori, donaverit? spectari debere. *Nov. 22. cap. 28. vers. Quia verò.* Joh. Bapt. Hodierna, ad *L. Hac edictali. 6. Cod. de sec. nupt. Q. 48.* Imò eò dilabitur laudatus Maynardus, ut adstruere non dubitet, illam distinctionem inter bona præsentia, & quæ verè ad binubos Conjuges pertinent, vel non, in *d. L. Hac Edictali.* licet centies legatur & relegatur, reperiri non posse; aliasque Rationes Charondæ incognitas oportere subfuisse, quæ Curiæ Parisiensis Arresta, ab illo prolata, ità limitarint & specialia effecerint, ut in nullam consequentiam trahi deberent. Addat. Someren, *de jure Novercar. cap. 9. §. 2.*

§. XXXV.

Quid ergò statuendum? Nobis prior Sententia, licet non simus nescii, quòd dicta Lex, Hac Edict. etiam ad Sponsos à quibusdam porrigatur; B. Dn. Bardil. *de sponsalit. largit. θ. 32. n. 3.* tn. indè cumprimis Juris analogiæ congruentior videtur, quòd tota illa Lex, de solo hoc casu, si in Vitricum, vel Novercam, plus à binubo Parente, quàm in unum ex Liberis prioris thori, quacunque ratione, collatum fuerit, apertissimè concepta: Ubi verò talis Parens, in tabulis sponsalitiis, Acquæstibus adhuc obventuris renunciat, in quibus, eó tempore, nec re, nec spe, quicquam juris ei competit: Cùm utique ipsa hæc Renunciatio eó tempore fiat, priusquàm Spes illa de futuris acquæstibus Conjugii demùm contrahendi nascatur,

ſcatur, ſicque, ante ſpem natam, ipſi acquiſitionis initio obvietur, in tantum, ut ſpes illa, ceu per Pactum impedita, ne quidem ampliùs oriri queat; ut in ſimili notabiliter ex Ddb. differit Johann-Petrus Fontanella, *de pact. nuptial. clauſ. 5. gloſſ. 8. part. 12. num. 58.* Hector Capyc. Latro, *lib. 2. Dec. Neap. 197. num. 44.* Thomas Sanchez, *dicto lib. 6. Diſp. 5. num. 1.* Adde quòd etiam in binubi Parentis libero arbitrio, an ipſe, ad ſecunda vota tranſiens, cum ſecunda ſua Conjuge conjugalem bonorum Societatem inire, an ſecundum Jus Commune, (quod hanc Societatem quæſtuariam ignorat, per tradd. Valaſci, *Deciſ. 138. num. 5.* Felicii, *de Societ. cap. 6. num. 3.* Manticæ, *de tac. & amb. convent. lib. 6. tit. 12. num. 4.* pluriumque aliorum, quos laudat Giurba, *Deciſ. Sicil. 111. num. 3.*) contrahere velit? poſitum ſit. Generali enim Regulâ à Ddb. traditur, quòd Conjuges benè in tabulis nuptialibus cavere poſſint, quòd nulla inter ipſos Communio bonorum induci debeat. Gomez. ad *L. Tauri 60. n. 1.* Matienz. *lib. 5. recopilat. tit. 9. L. 2. gloſſ. 1.* Gutierrez. *pract. Qq. lib. 1. Q. 162. n. 2.* Roder. Suares, *tit. de las ganancias, num. 24.* Garſias, *de acquæſtu conjugali, num. 147.* Mevius, ad *Jus Lubec. lib. 1. tit. 5. n. 37. & ſeqq.* Dn. Lauterbach, *de Soc. Bon. Conj. cap. 2. §. 24.* Quæ regula cùm nullibi in binubis Parentibus limitata legatur; quare etiam hactenùs hujusmodi conventio, non expreſsè prohibita, ſervanda erit; per latè firmata à Mario Giurba, *d. Dec. 111. num. 3. usq. ad num. 15.* Atque ità quoque Anno 1668. d. 23. Novembr. Ampliſſima hujus Loci Facultas Juridica, ſuper Pactis dotalibus Johann-Chriſtoff Hegelmajers/ à prioris thori Liberis, ex eo, quòd ille futuro Acquæſtui, non requiſitô ipſorum conſenſu, penitùs renunciaverit, in dubium vocatis, ad ampliſſimum Senatum Eſslingenſem reſpondit, his ipſis formalibus: Deß damahligen Hochzeiters Kinder erſter Ehe belangend/ ſo iſt in dieſen Pactis nicht de Rebus ad illos pertinentibus, in illorum præjudicium, vel damnum paciſciret; ſondern ihres Vatters damahlen gegenwärtiges und zukünfftiges Vermögen denſelben gäntzlich reſervirt worden. Dannenhero auch deroſelben/ oder deren Vormündere Gegenwart und Conſenſus gantz nicht nöthig geweſen/ wann gleich der Vatter des Acquæſtûs Conjugalis ſich begeben haben ſolte. Nam in Patris eſt arbitrio, an ad ſecunda vota tranſiens, cum ſecundâ ſuâ Conjuge, Societatem Bonorum conjugalem

 inire,

inire, an verò alio modo cum illa paciſci velit: Sonderlich / weilen dergleichen Societas, bey denen Kriegs-Zeiten / wenn das Weib reich / ſo bald ſchädlich / als nutzlich seyn kan. Dann tempore Belli, teſte experientia, bey groſſem Vermögen man öffters groſſen Schaden leidet / alſo / daß hernachgehends / ſolutô matrimoniô, eine Einbuß ſich befindet / welche / Societate inter Conjuges contractâ, der Mann auch zum Theil mit leiden müſte: Dannenhero der Vatter / qui ſemper, etiam pro Liberis, optimum conſilium capere præſumitur, nach ſeinem Belieben / ohne deſſen Kinder / oder deren Pflegere Wiſſen und Willen / die ſonſt vieler Orthen unter den Eheleuthen gewöhnliche Societatem Bonorum wohl unterlaſſen mögen / ꝛc.

§. XXXVI.

Sed hoc utique regulariter. Quodſi enim vel Statutum generaliùs loquatur, ut equidem Novellam Ultrajectinam in *art. 10.* exaudit Weſelius, *cit. loc. n. 61.* vel de tali Parente iſta quæſtio moveatur, qui jam jam magnis facultatibus inſtructus, & in curſu annuorum, indè comparandorum, lucrorum conſtitutus eſt, hîc profectò, niſi maxima tale Pactum, lucrorum renunciativum, cum futurá ſecundâ ſuâ Conjuge initum Ratio ſuſtentet, (jungat. Molina, *d. num. 1.* ibi: *Præſertim cùm ea inæqualitas compenſari poſſit,*) illud, tanquàm in fraudem *d.* Legis, Hac Edictali, fabricatum, ſubſiſtere vix poterit. Quò faciunt, quæ tradit laudatus Weſelius, *d. n. 62.* & Reſcriptum Würtembergicum de 20. Jul. 1683. *pag. 4. & 5.* ibi: Wann ſolches Vermächtnus in fraudem legis. Quales fraudes cùm faciliùs jam conſtante matrimonio, circa porrò Acquirenda, committi posſint, proindè cujuslibet Judicis prudentiæ tanto magis incumbet, ut easdem in tali Lucrorum, adhuc licet acquirendorum, Renunciatione ſollicitè obſervet: Illis autem ceſſantibus, etiam tali in caſu, hanc Renunciationem reputamus pro validâ, ex inferiùs à nobis, circa Conjuges in primo matrimonio viventes, allegatis Rationibus. Addantur, quæ latè hanc in rem commentatur Johann-Baptiſta Hodierna, *ad d. L. Hac edictali. Q. 35.* inprimis *num. 29. usq; ad fin. Cod. de ſecund. nupt.*

§. XXXVII.

Succedit Conjux putativus; de quo breviter ſic habendum, quòd, cùm etiam inter Conjuges, contra LL. præcepta; veruntamen

bonâ fide, matrimonium ineuntes, Acquæstuum communio, Legum benignitate, locum obtineat; arg. *Capit. 2. d. donat. inter Vir. & Ux. L. 22. §. ult. sol. matrim.* ubi Petrus Barbosa, *num. 13.* Argentræus, ad *Consuet. Britannic. art. 408. gloss. 3. in fin.* Baëça, *de decima tutor. cap. 12. n. 17.* Ferdinand. Arias de Mesa, *varr. Resoll. lib. 3. cap. 22. num. 5. & 9.* Johannes de Solorzano Pereira, *tract. de Jure Indiar. lib. 2. cap. 21. num. 62.* Garsias, *de Acq. Conj. num. 159.* ubi dicit, hoc Hispanis receptissimum esse. Addat. Franc. Niger Cyriacus, *controv. for. 32. num. 5. & sqq.* Joh. Franc. Balthasar, *pract. resol. tit. 1. resol. 1. num. 97.* Joh. à Someren, *de Jure Novercar. cap. 7. sect. 1. §. 2.* Petrus Rat. ad *Consuet. Picton. art. 292. §. 2.* Sande, *Decc. Frisic. lib. 2. tit. 5. Dec. 2.* ubi elegans Frisiorum Præjudicium exhibet. Anton. à Gamma, *Decis. Lusit. 209. & 220.* ubi etiam supremum Lusitaniæ Senatum ità pronuntiare refert. Choppin. *de LL. Paris. lib. 2. tit. 1. n. 2.* prolixè Joh. Frider. Sol, *de bonis const. matrim. acquis. Q. 10. & 11.* ubi vide omninò. B. Dn. Lauterbach, *de Soc. Bon. Conj. cap. 3. §. 5.* idcircò etiam illa omnia, quæ hîc de Acquæstu conjugali, tùm in gratiam Conjugis, tùm Liberorum & sic deinceps, tùm in proprium ipsiusmet Renuntiantis emolumentum, & ad sui nimirum ab Ære alieno exonerationem renunciando proponimus, etiam inter ipsos locum pariter obtineant.

De Concubinis, & Concubinariis, quòd diversum sentiendum sit, dispalescit ex notatis Johannis à Sande, *d. Dec. 2. in fin.* Marii Giurbæ, ad *Consuet. Messan. cap. 1. gloss. 1. num. 21.* Abrah. à Wesel, *de connub. Bb. societ. tract. 1. n. 56.* Quibus addi potest Ferdin. Arias de Mesa, *varr. resoll. lib. 3. cap. 38. num. 27.* & Garsias à Saabedra, *de acq. conjug. num. 164.* ubi quærit: An, si postmodò tales personæ matrimonio jungantur, Lucra priùs quæsita inter ipsos communicentur? De Matrimonio clandestino copulatis, videatur idem Garsias, *de acq. conjug. num. 160.*

§. XXXIIX.

Quid verò dicendum de Conjugibus ad tempus, vel in totum separatis? His competens facultas, Lucris connubialibus, tùm in gratiam & commodum alterutrius Conjugum, tùm & in Creditorum Socialium præjudicium, renunciandi, in quantum & quatenùs ei primò quoad Conjuges, utriusque voluntate susceprô

divortio, vel ob grave æs alienum, negotiationem, delictum, vel aliam consimilem causam separatim agentes; 2. deinquà illos, qui justa ex causa, vel citra illam, solô tædiô conjugii, vel impatientiâ fræni connubialis, vel ob similem causam, refractariâ & præfractâ alterutrius voluntate, à se invicem diverterunt; tùm & 3.tiò quoad illos, qui per Judicis sententiam, quoad thorum & mensam; vel denique 4.tò, ob Adulterium, aut Malitiosam Desertionem, totaliter separati sunt, locus debeat indulgeri? peti potest ex iis, quæ plena manu de Communione lucrorum conjugalium inter Conjuges separatos, in *peculiari nostrâ Dissertat. de communione lucror. conjugal. inter Conjuges separatos*, prolixè traduntur. Quoadusque enim illa Lucrorum Communio inter Conjuges istos locum habet, vel retinet, eo usque, per regulam, etiam ista, quam expendimus, Renunciatio locum pariter obtinet. Atque indè, cùm Conjuges, tùm bonorum, tùm corporum communicationem aliquamdiu divulsissent, & posteà in mutuam gratiam rediissent, Uxori lucrorum participationem, ut ab ære alieno societatis immunis abiret, post mortem Mariti renuncianti, Creditores semel factam æqualem Lucrorum omniumque bonorum Divisionem incassum objicere, notabiliter censuit Renatus Choppinus, *de morib. Parisior. lib.* 2. *tit.* 1. *n.* 22. ubi ità: Effingamus, inquit, separatos censu Conjuges rediisse in gratiam mutuam, ità, ut promiscuò usu res suas tractare vicissim perseverarint. Mortuô deindè Virô, Mulier profert communium bonorum repudiationis libellum; (seu renunciationem communionis Bonorum) Negant verò Creditores, ei fas esse, quod semel æquâ, vivô illô, partitione rerum captarit, jus modò respuere sociale, quò libera immunisque abeat ab ære alieno societatis. arg. *L.* 9. ibi: *Quomodò, cùm semel cœperit, nudâ voluntate tolletur? ff. d. neg. gest. L.* 20. *d. opt. leg.* Intempestiva adhæc renunciatio, dolové malo facta, non probatur Julio Paulo, *L.* 65. §. 3. *ff. pro soc.* Hâc tamen in specie facti muliebrem renunciationem puto ratione niti validiore. Divortium quippè, Ulpiani elogio, non est verum, nisi quod animô perpetuam constituendi divisionem fit. *L.* 2. *L.* 7. *ff. d. divort. L.* 19. *ff. soluto matrimon. L.* 64. *de jure dot.* Item, ut, tractatu habito, Societas initur, sic absque tractatu, re ipsa & negotio, communiter gestum videtur.

L. 33.

L. 33. ff. pro soc. Longè ergò firmiùs renovatur conjugale opum consortium, quod more nostræ Civitatis initum sit: imò nec suspensum quidem momentaneâ rerum separatione existimatur: arg. §. 224. & §. 234. *Paris. Consuet.* Itaque postmodùm bonis communibus cedenti Viduæ perperàm opponunt Creditores, priùs ratam acceptamque Mulieri bonorum communicationem, æquali divisione cum Marito peractâ, &c.

§. XXXIX.

Tametsi verò Maritus & Uxor, à contractis demùm nuptiis, propriè dicantur; Sponsusque & Sponsa, sive ipsam rerum naturam, sive proprietatem verborum spectes, verè Conjuges haud sint: *L. 1.* §. 2. ibi: *An sponsus possit, h. e. qui nondùm est maritus. ff. pro dote.* Jungat. Carpzov. *lib. 6. Resp. 6. num. 8.* B. Dn. Gerhardus, *locor. Theol. Tom. 7. loco de Conjug.* §. *168.* Alphonsus de Olea, *de cess. action. tit. 4. Q. 8. num. 4.* Joh. de Solorzano Pereira, *de jure Indiar. lib. 2. cap. 20. num. 39. & seqq.* Non obst. *L. 56. Cod. de Episc. & Cler.* & illis, quæ tradit Joh. Gars. *de acq. conjug. n. 54.* tamen ista facultas lucris connubialibus renunciandi, quatenùs illa in gratiam futuri conjugis, ejusdemvè ex priore conjugio Liberorum, Agnatorum, & sic deinceps fit, ad personas solo vinculo sponsalium junctas præcipuè pertinet. Cùm inter Consponsos lex, donationis inter Conjuges solummódò prohibitiva, notoriè nullius efficaciæ sit. Repetantur Authores, in §. *30.* à nobis laudati.

§. XL.

De Conjugum Hæredibus, num etiam ipsi Acquæstui conjugali renunciare queant? rursùs anceps inter Nostros disquisitio est. Illud quidem, si, mortuô alterutrô Conjuge, illius Hæredes, in gratiam superstitis, lucris connubialibus eousque quæsitis, in totum, vel pro parte, renunciare velint, de genere prohibitorum nemo facilè dixerit. Lopez. *de lucris mar. & uxor. cap. 7. num. 2.* ibi: *Quinimò, etiamsi solutô matrimoniô Uxor, vel* ejus Heres *velit abstinere à lucris constante matrimonio debitis, poterit.*

Sed an ista facultas, lucris connubialibus, in perniciem Creditorum renunciandi, etiam in Hæredes Uxoris transeat? vehementer dubitare licet. Nonnulli distinguunt: An ista facultas renunciandi sit concessa per Statutum, an verò in Pacto matrimoniali? Ut priori in

 casu

casu illa etiam in hæredes transitoria sit: hîc verò non aliter, quàm si etiam de illa in Pacto specialiter conventum fuerit. Ità Bacqnet, Louet, Charondas, ap. Christinæum, ad *LL. Mechlin. tit. 9. art. 8.* in *addit. ad num. 28.* Porrò, sicuti singulare illud, ratione dotis, mulieribus concessum jus prælationis in hæredes haud transit: *L. 12. Cod. Qui pot. in pign. hab.* §. 29. *Inst. de action. L. 1. Cod. d. privil. dot.* Sicut etiam Marito, ratione actionis pro Dote concessum, beneficium Competentiæ, ossibus personæ Mariti inhæret, nec Hæredibus ejus proficit: *L. 25. de re judic. L. 12. sol. matrimon.* Ità in universum etiam illa facultas renunciandi personæ concessa videri poterat. Facitque, quòd passim Locorum Statuta specialiter Mulieris mentionem injiciant, quæ, tanquàm strictè interpretanda, eandem sententiam suadere videntur. Et quòd omnis hæc quæstuum renunciatio in Mulieris voluntatem, quæ morte finitur, conferri dicitur. *L. 4. locat.* Adeat. Argentræus, ad *Consuet. Britann. art. 415. gloss. 2.* Chassan. ad *Consuet. Burgundic. rubr. 4.* §. 19. ad verba: *Faire la renonciation. num. 4. cum sqq.* Conferant. quæ in simili tradit Dn. Stryke, *de succession. ab intest. Diss. 4. cap. 3.* §. 40.

§. XLI.

Verùm, his non obstantibus, rectissimè adstruitur, quòd hîc nullum habeamus personale privilegium; sed hæc ipsa facultas etiam in Hæredes transitoria sit; Tùm (1.) ex eo, quia regulariter facultas eligendi, alicui suo jure, seu ad suiipsius utilitatem competens, in hæredes transmittitur; per §. 23. *Inst. d. legat. L. 76. de V. Obl. L. ult. princ. Cod. comm. de legat. L. 19. ibiq.* Bartol. & Brunnemann. *ff. de opt. leg.* Hartmannus Pistoris, *Obs. 152. num. 1.* Fontanella, *de Pact. nuptial. claus. 4. gl. 9. part. 5. num. 12.* Tessaur. *Qq. for. lib. 1. Q. 49. num. 6. & sq.* post. Martam, Menochium, Molinam, Medices, & all. Giurba, ad *Cons. Messanens. cap. 10. gl. 4. part. 1. num. 12.* Tùm (2.) quia illa ex Statuti vel Legis dispositione competit, cujus generis quæ sunt, regulariter in hæredes transitoria esse, tradit Cravetta, *cons. 185.* cum Tiraquello, Giurba, *d. l.* Chassanæus, *d. l. num. 8.* Tessaur. *d. l. num. 8.* Choppin. *de LL. And. lib. 3. tit. 2. num. 5.* ubi scribit, quòd talia Juris communis beneficia in hæredes omninò transitoria sint: Ut alias complures rationes taceamus, ex quibus nobiscum ità sentit Argentræus, & Chassanæus, *citatis locis.* Choppin. *de morib. Paris. lib.*

2. *tit.*

2. *tit.* 1. *num.* 32. ubi ex Damhouderio, Virorum peræquè ac Uxorum hæredes ad bonorum communium cessionem admitti, recenset. & *num.* 24. Christinæus, ad *LL. Mechliniens. tit.* 9. *art.* 8. *num.* 5. & 28. & *art.* 12. *num.* 2. post Charond. & Bacquet. Joh. Paponius, in *Corp. Jur. Franc. lib.* 15. *tit.* 4. *arresto* 12. Molinæus, ad *Consuet. Parisiens. tit.* 1. §. 16. *gl.* 1. *num.* 2. Heeser, *de acq. conjug. d. Loco* 16. *n.* 172. ubi dicit, hoc jus renunciandi etiam Liberis & Nepotibus Viduæ competere. Grivell. *Dec. Dol.* 13. *num.* 3. & *per tot.* B. Dn. Lauterb. *de ære alieno in soc. conjug. contracto*, §. 73. Bb. Dnn. Antecc. ap. Besold. *cons.* 92. *num.* 5. ibi: *Vel ejus Hæres.* Lopez. *de lucro mariti & uxor. cap.* 10. *num.* 2. Ad contraria pleraque resolutio peti potest ex notatis Tessauri, *c. l. num.* 12. & Berlichii, *p.* 3. *concl.* 27. *num.* 78.

§. XLII.

Sed cùm tamen diversorum Locorum Consuetudines, in hac renunciandi facultate exercenda, ut superiùs audivimus, valdè variæ sint; quare, ad meliorem articuli hujus intelligentiam, distinguendum arbitramur: An Maritus primùm, an verò Uxor, prior, diem obierit? In posteriore casu, Hæredem Mulieris Acquæstui Conjugali, receptâ ejus Dote & cæteris Illatis, æquè renunciare posse, ac si ipsamet adhuc in vivis esset, communiùs admittunt, ità quidem, ut illa nonnullis in locis, in persona ipsius Mulieris necessaria, expressa, solennis, & confestim facienda renunciatio, in persona Hæredis haud requiratur; quod de moribus Burgundiæ eleganter statuminat Johannes Grivellus, *d. Dec.* 13. ubi etiam optimam diversi hujus Juris rationem annectit, quam B. L. ex ipso percipiat. Undè ità Choppinus: Præmortuæ, inquit, Uxoris hæredi, perindè ac superstiti ei, liberum sit bonorum communione abstinere, ne societatis oneribus temerè immergatur: addens, ità jam pridem, np. Anno 1567. Supremæ Parisiorum Curiæ placuisse. *c. l.* Heeser. *d. l. num.* 174.

§. XLIII.

In priore verò casu, si Maritus Uxori suæ præmoriatur, ante omnia videndum, utrum Vidua, ante mortem suam, de renunciando Conjugali acquęstu ipsa animi sui sensa declaraverit, nec ne? Si Prius, tunc utique ipsius Hæredes ad effectum Voluntatis ab ipsamet declaratæ admittuntur justissimè. Sin verò Posterius; porrò

sub

ſubdiſtinguendum: An Statutum, Conſuetudo, vel etiam Judex, ad inſtantiam Creditorum, certum Terminum præſtituat, intra quem Vidua ſuam deſuper voluntatem, an videlicet ipſa, receptâ ſuâ Dote, cum reliquis illatis, Acquæſtui Conjugali renunciare velit, an non? Si nullus talis Terminus præfixus ſit, ſanè haud dubitamus, quin, Viduâ defunctâ, ejusdem Hæredes, peræquè ac ipſa, adhuc validè renuncient; cùm, ut proximè firmavimus, hæc ipſa facultas renunciandi ad Mulieris perſonam in ſe neutiquàm reſtricta ſit. Quodſi verò certum Tempus, v. gr. annale, à Lege vel Judice ſit præſtitutum, hîc omnium Interppr. tùm de hoc, tùm de quolibet alio jure eligendi, hanc unanimem & ſeriam deprehendimus ſententiam, quòd, ſi quidem Vidua, priusquàm ſuam voluntatem declaret, intra Terminum illum, fato concedat, ipſius Hæredes, ſeu Deſcendentes, ſeu Collaterales, quin & prorſùs Extranei, (Non obſtantibus illis, quæ, in ſimili, cum aliis docet Carpzovius, *part.3. C.20. D.41. & 42.* Quibus benè occurrit Hartm. Piſtoris, *Obſ. 152. in addit.*) ab hac facultate renunciandi haud debeant arceri; ſed & ipſi, relictâ Mariti ſubſtantiâ, receptis omnibus Mulieris bonis, Creditorum ſocialium impetitiones ſubterfugiant æquiſſimè: juxta ea, quæ docent Chriſtinæus, Argentræus, Grivellus, Paponius, Giurba & alii, & ex Noſtris Heeſerus, *d. n. 172.* ubi vide omninò. Si verò Vidua illum Terminum legalem vel judicialem elabi patiatur, tunc nec ipſam, nec etiam ipſius Hæredes iſtô renunciandi jure ampliùs gaudere, una omnium vox eſt: eò quòd lapſus anni vim habeat peremptorii; &, ubi quid intra certum terminum peragendum, id, poſteà factum, regulariter haud relevet; cùm lapſus illius vim tacitæ repudiationis habere cenſeatur; per latè congeſta Marii Giurbæ, *d. cap. 10. gloſſ. 4. part. 1. num. 11.* Teſſauri, *d. Dec. num. 15.* Menochii, *conſ. 341. num. 26.* Gratiani, *diſcept. forenſ. cap. 239. num. 24.* Heeſeri, *d. l. num. 176. in fin.* Carpzovii, *d. D. 41. num. 3.* Quibus omnibus conſequenter, cùm in noſtro Ducatu Mulieribus nullus ad renunciandum terminus publica lege præfixus ſit, illâ licet defunctâ, tamen ejus Hæredes hoc jure gaudebunt.

§. XLIV.

Cæterùm ſi aliundè v. gr. ex tabulis Matrimonialibus, quibus cautum, quòd Uxori, in caſum, ſi ipſa Marito ſupervixerit, libera Acquæ-

Acqnæstuum renunciatio, cum solidâ rei uxoriæ actione sive repetitione, competere debeat, de contrario paciscentium animo constet, tunc Hæredes Mulieris, ante Virum defunctæ, ab ista acquæstuum renunciatione excludendas existimat Renatus Choppinus, *d. tit. 1. n. 24.* ubi Regium hanc in rem de Anno 1591. Arrestum commemorat. Ubi tamen & illa, quæ de dotis profectitiæ repetitione, ibidem adduntur, in illis locis, ubi dicta bonorum Conjugalium Societas non solùm in Acquæstu; sed & omnibus rebus mobilibus contrahitur, notatu dignissima.

§. XLV.

Ex eo verò, quòd Mulier, ante Virum decedens, in suo testamento, nonnulla de Bonis, quæ ad ipsam, in casu non factæ Acquæstuum renunciationis, spectarent, disposuerit, facultatem abstinendi Hæredibus haud adimi, eleganter deducit Bertrandus Argentræus, *d. gloss. 2. num. 2.* Licet enim aliàs, si Mulier de Quæstibus, vel aliis, sibi cum suo Marito (juxta mores locorum) communibus bonis, matrimonió solutó, aliquid attingat, ipsa Ære alieno se eximere porrò nequeat; sed huic ipsi Optioni renunciasse censeatur, talisque implicita Acquæstuum acceptatio etiam in talis legati datione, sive testamentaria dispositione contineri videatur: Quia tamen hæc ipsa Acquæstuum acceptatio, quamdiu societas bonorum durat, (præterquam si Mulier, specificó Pactó, huic ipsi juri renunciandi renunciet, &, in omnem eventum, se ad solidi æris alieni Socialis solutionem legaliter obliget) fieri nequit, vel ad minimum ipsa huic juri optionis, per ordinationem ejusmodi Testamenti, renunciare voluisse, in dubio, nentiquàm præsumi debet; quare ejus hæredes ad hoc jus nihilominùs admitti debere, eruditè definit Argentræus, *d. loc.*

De eo: Num ista Acquæstuum cessio soli primo Hæredi, an & ulterioris gradûs sucéssoribus compstat? conferri meretur laudatus Choppinus, *d. tit. 1. num. 28.*

§. XLVI.

Hæc connubialium Acquęstuum Cessio, vel Acceptatio, cùm, semel facta, nullum ampliùs pœnitentiæ locum relinquat, per inferiùs deducenda, ac proindè cum gravi acceptantis, vel cedentis, jacturâ conjuncta esse possit, quare rectè hic Qr: An etiam alius, Conjugum

 gum

gum nomine, Acquæstui Conjugali renunciare queat? Ubi primò circa illam renunciationem, quâ, in Pactis Dotalibus, sponsa, in gratiam futuri Mariti, vel vicissim, renunciat, de Patre notandum, quòd is suæ Filiæ, lucris renunciando, nullum præjudicium causari queat, nisi ipsa expressum accommodet consensum. Lopez, *de lucris mar. & uxor.* §. 63. n. 2. ubi vide. Chassanæus, *d. rubr.* 4. §. 2. *ad verba: Et acquêts. n.* 15. An verò sola Filiæ Præsentia ad hoc sufficiat? magna inter Dd. altercatio est. Negativè hoc decidit Johann-Fridericus Sol, *de bonis const. matrim. acquisit. Q.* 25. *num.* 7. *in princ. vers. Hoc secundum.* Giurba, ad *Consuet. Messan. cap.* 1. *gl.* 8. *num.* 42. Chassanæus, ad *Consuet. Burgundic. rubr.* 4. §. 2. ad verba: *Et acquêts, num.* 15. Mevius, ad *Jus Lubec. p.* 2. *tit.* 2. *art.* 12. *num.* 369. Gutierrez, *pract. Qq. lib.* 2. *Q.* 126. *num.* 2. Heeser, *de acq. conjugali, p.* 2. *Loco* 10. *num.* 48. juncto *num.* 42. & *sqq.* ubi scribit, quòd Pater, loco Filiæ nubentis, obventuro Acquæstui renunciare non possit, nec solus Filiæ, cùm Pater hôc modô pacisceretur, forsan præsentis, tacitus consensus ad hoc sufficiat. Sed ab ista sententia discedit Idem, *d. part.* 2. *Loco* 18. *num.* 238. ubi scribit: Satis esse, Filiam tacitè consentire; secutus Molinam, *de J. & I. tr.* 2. *Disp.* 431. *num.* 1. *in fin.* ubi dicit, quòd, cùm talis Renunciatio in contractum onerosum incidere possit, Filia, si talibus conditionibus stare nolit, reclamare debeat, &, hoc non faciens, consentire censeatur. Quò facit Axioma, quòd præsentia ejus, qui contradicendo actum impedire posset, cum scientiâ & patientiâ conjuncta, consensum operetur; *L.* 142. ubi Decius & Cagnolus. *de regul. jur.* Nisi illud ad casus, ubi agitur de modico Filiæ præjudicio, restringere velis, argum. *L.* 7. §. 1. *ff. de pecul. L.* 28. *comm. divid. L.* 19. cum Glossa, *ibid. ff. de aqua pluv. arc.* Augustin. Barbosa, *in axiomat. voc. Præsentia. axiom.* 5.

§. XLVII.

Quodsi Pater hujusmodi renunciationem, sine filiæ consensu, facere non potest, multò minùs id ab aliis Sponsæ Cognatis, Curatoribus, Amicis, qui Hodiè utplurimùm Pacta Matrimonialia conficere solent: Jungat. Pruckmann. *lib.* 2. *cons.* 25. *num.* 31. Cothmann. *vol.* 2. *Resp.* 99. *num.* 104. Manz. *Dec. Palat.* 38. *num.* 6. Vultej. *in cons. Marpurg. vol.* 4. *cons.* 24. *n.* 9. Dn. Stryke, *de cautel. contract. Sect.* 3. *cap.* 8. §. 19. validè fieri poterit. Quò & faciunt, quæ tradit

Casp

Caspar Klockius, *tom. 3. cons. 114. num. 62.* Michaëlis, *ejusd. tomi cons. 123. num. 157.* Vultej. *d. cons. 24. num. 42.*

Multoque minùs ejusmodi personæ, matrimonio soluto, Uxoris nomine, lucris renunciare possunt; cùm nemo jus alteri quæsitum remittere notoriè valeat.

§. XLVIII.

Sed quid dicendum de Procuratore? Tentabimus, annon distinctio inter Procuratorem in rem suam, & in rem alienam applicari hîc possit. Procurator in rem alienam, seu Fœminæ, nec in Pactis nuptialibus, nec solutâ bonorum societate, Acquæstui aliter renunciare potest, quàm ad id speciali instructus mandatô, juxta illam tritissimam Dd. regulam, quâ in omni negotiô majoris præjudicii (quale hoc sine dubio: Nam & mortuô maritô non raró expedit, hanc renunciationem omittere potiùs, quàm illâ uti) speciale mandatum necessarium esse dictitant; arg. *L. 25. §. 5. de acq. vel omitt. hered.* Tessaur. *Dec. 155.* Carpzov. *p. 1. C. 17. D. 43. in fin.* Si tamen Uxor etiam à generali Procuratore factam renunciationem ratam habeat, illam pariter subsistere, non est quod dubitemus. Conferant. quæ in simili differit Giurba, ad *Consuetud. Messan. cap. 10. gl. 6. part. 1. num. 4. & sqq.* & *Cap. 1. gloss. 8. part. 1. num. 86.* Faciunt, quæ tradit Cardinal. Mantica, *de tac. & ambig. convention. lib. 6. tit. 23. num. 24.* Blasius Michalorius, *de fratrib. part. 2. cap. 36. num. 5. & sqq.*

Procurator in rem suam an hîc possit constitui, vel quod idem est, an Uxor hanc facultatem, Illata sua repetendi, & Acquæstui conjugali renunciandi alteri cedere possit? fatemur à nemine nos vel tactum vidisse, nisi, quod Chassanæus de eo quid proferat. *d. rubr. 4. §. 19.* ad verba: *Faire la renonciation. num. 8. & 9.* Licet autem aliàs vexatissima inter Nostros disceptatio sit: An facultas eligendi cessibilis sit? ut videre est apud Alphonsum de Olea, *de cess. act. tit. 3. Q. 1. num. 37.* Ferdin. Arias de Mesa, *Var. Resol. lib. 2. cap. 29. n. 12. & sqq.* Franciscum Manticam, *de T. & A. C. lib. 14. tit. 29. n. 43.* Quia tamen hîc agitur de tali Optione, quæ competit ex Legis dispositione, & proindè in alios transmissibilis est; arg. *L. 33. §. 2. de admin. tutor.* B. Dn. Kurrer, *de Obligat. alternat. θ. 35. num. 84.* nec,

ut proximè ostendimus, personale Uxoris privilegium est: Quapropter à vero haud extraneum videbatur, quòd, si Uxor alicui, seu Extraneo, seu Filio, v. gr. in concursu Creditorum Mariti, omnem suam actionem & jus præstiterit, ille Cessionarius, seu ex causa lucrosa, seu onerosa, æquè ac ipsa Uxor, lucris connubialibus renunciatis, sola ejus Allata repetere valeat. Quò & facit *Lex ult. Cod. de H. vel act. vend.* Verùm isti sententiæ, quod non diffitemur, tùm illa, quæ in simili differit Giurba, *cit. loc. n. 16.* tùm & juri eligendi regulariter annexa Personalitas obstat, quæ aliàs facit, ut illud quasi ossibus Creditoris ejusmodi inhæreat, ac proindè in alium, per Cessionem, transferri non possit; jx. regulam *Legis 42. ff. de administr. tutor. L. 68. de Reg. Jur.* & tradita Zasii, ad *L. 76. princ. ff. de verb. obligat. num. 5.* in verbis: *Quia jus eligendi cohæret Personæ filii, vel servi, in viscera nascitur, ut separari non possit.* Nos impræsentiarum nihil volumus definitum. Positô verò, quòd Cessionario hæc facultas seu Jus Optionis non competat; tamen Actio cessa in ipsius personâ non redditur inutilis, cùm ipsamet Uxor, vel ejus Heres, qui illam cessit, hoc jus eligendi, in Cessionarii utilitatem, exercere possit; advertente laudato D. Kurrero, Collega nostro desideratissimô, *d. Differt. 6. 40. pag. 44.*

Quodsi bona Mulieris vacare contingat, tunc Curator illis datus, ad declinanda debita socialia, vix etiam ipsô Prætore autore, vel aliter, quàm præviâ causæ cognitione, conjugali bonorum communioni renunciare poterit: eò quòd ipse, in præjudicium personalium seu simplicium Mulieris Creditorum, nihil alienare queat. Choppinus, *de morib. Parisior. lib. 2. tit. 1. num. 28. in not. marginal.*

§. XLIX.

Secundo, superiùs, circa Personas renunciantes, exhibito Requisito, quô diximus, Conjuges tales esse debere, qui in consuetudinaria Bonorum societate vivant, non attinet pluribus hîc immorari: cùm omnium, quæ hic incidere possunt, resolutio facilè peti possit ex illis, quæ in simili differit B. Dn. Lauterbach, in *Diss. de Soc. Bon. Conj. cap. 2. & 3.* & in *tract. de ære alieno in Soc. Conj. contr. §. 7. cum sqq.* Si enim inter Conjuges hoc actum fuerit, quòd, præter promiscuum Bonorum usum, nulla inter ipsos communio vigere; sed sua quisque habere debeat, ibi, quod tùm Maritus suâ operâ, vel pecuniâ, jungat. Heeser, *de acq. conjug. part. 2. Loco 7. num. 12.* tùm etiam Uxor, suâ itidem pecuniâ, & Marito non debitâ industria

dustriâ acquirit, sibi quilibet retinet. Mevius, ad *Jus Lubec. part. 1. tit. 5. artic. 4. num. 57.* Klock. *tom. 2. consf. 70. numer. 79.* Pruckmann, *lib. 1. consf. 44. num. 38.* Heeser, *d. l. num. 14.* Marta, *Dig. Noviss. tom. 4. tit. Societas. cap. 21.* Garsias, *de acq. conj. num. 72.* Michalor. *de fratrib. p. 3. cap. 35. num. 60.* Lauterbach, *de S. B. C. cap. 2. §. 5.* Undè etiam illa omnia, quæ hinc indè generaliter & indefinitè de Lucrorum Conjugalium renunciatione, à conjuge in conjugis gratiam factâ, à nobis traduntur, ità exaudienda sunt, ut tamen inter Conjuges illa consuetudinaria Bonorum societas non prorsùs exclusa sit: Interim tamen & illa, quæ etiam in casibus, expressè, vel tacitè, in totum exclusæ, conjugalis Bonorum Societatis, de hâc ipsâ Acquæstuum renunciatione, gravissima hinc indè dubia oriuntur, ad tanto pleniorem hujus nobilis materiæ discussionem, præterire non debuimus.

§. L.

Illud non refert, sive quæratur de illis Locis, ubi universalis in specie universarum fortunarum Societas inter conjuges viget, quibus jura hæc applicat Abrahamus à Wesel, *de connub. Bb. Societ. tr. 1. num. 6. & sqq.* juncto *tr. 2. cap. 3. num. 141.* & ad *Novellas Ultrajectin. art. 10.* Sive de talibus, ubi Universalis simpliciter Bonorum, sive sola Lucrorum Societas obtinet; de quibus præcipuè disserit Dn. Lauterbach, *de ære alieno in Soc. Conj. contr. §. 71.* juncto *ibi proœm. pag. 2.* sive denique de illis, ubi nonnihil latiùs porrecta Societas, nempè non solùm ratione Acquisitorum; verùm etiam ratione illatorum, vel mobilium, vel immobilium, consuetudine illorum recepta est. De qualibus Grivellus, *Dec. 13.* Chassanæus, ad *Consuet. Burgund. rubr. 4. §. 2.* Choppinus, *de morib. Paris. lib. 2. tit. 1. num. 25.*

§. LI.

Cæterùm illis in locis, ubi universalis in specie universorum bonorum Societas obtinet, ex eo, quòd Conjuges, Pacto antenuptiali, comunionem bonorum Ærisque alieni ante nuptias contracti, simpliciter excluserũt, Lucrorum èконтра comunionem haud exclusam censeri, ac proindè, nisi Conjuges, speciali pactione reditus suæ substantiæ sibi soli reservaverint, ista Jura de Acquæstuum communium cessione nihilominus locum habere posse, non videtur dubitandum: per ea, quæ de talibus Pactis adducit Sande, *lib. 2. tit. 5. D. 3.* Neo-

 stad.

ſtad. *de pact. ante nuptial. Obſ. 4.* Balthaſar, *reſoll. pract. tit. 1. Reſol. 1. num. 78.* Weſel. ad *d. art. 10. num. 33. & 34.*

§. LII.

Objectum hujus Renunciationis ſunt Acquæſtus conjugales, ſive Lucra, ex Bonis in Societatem conjugalem illatis, reſpectivè acquiſita, vel acquirenda. Heeſer, *d. Loco 16. num. 145.* imò, pro diverſâ conjugalis Bonorum ſocietatis naturâ, in ſpecie quoad illam Renunciationem, quæ ad æris alieni exonerationem fit, compluribus in locis etiam ipſa Illata. Cœterùm ad Acquæſtuum Conjugalium cenſum, quæ tùm in genere, tùm in ſpecie res referri debeant? nonnulla videri poſſunt im Chur-Pfältzl. Land-R. *part. 4. tit. 12.* §. 2. ibi: Errungenſchafft iſt alles/ ꝛc. & latiſſimè excuſſit B. Lauterbachius, *de Societ. Bb. conjug. cap. 4.* Abrah. à Weſel, *tract. 2. cap. 2. de Quæſtuum inter Conjuges communione inſcripto*, præcipuè *num. 155. & ſq.* ubi Quæſtum communem vocat, quicunque conſtante matrimoniô fit, nullâ habitâ conſideratione ad communes utriusque, vel alterius duntaxat Conjugis expenſas. Imò etiam ſolô Mariti labore & induſtriâ parta, miniſterio Legis, Uxori actutùm communicari, licet illa totos dies domi ſedeat otioſa; & in ſumma illud omne, quod, deductâ & extractâ cujusque Conjugis illatâ ſorte, propriisque bonis ſupereſt, Quæſtum vocari vel ſuperlucratum utrinque dividuum. Heeſer, *de acq. conjug. part. 2. Loco 15. per integr.* Joh. Garſias, *de acq. conjug. num. 64. & per tot.* Thomas Herbajus, *rer. quotid. cap. 16.* Johann Franc. Balthaſar, *pract. reſol. tit. 1. Reſol. 1. num. 69.* Joſephus Vela de Orenna, *Diſſ. Juris controv. 2. num. 67.* & paſſim Alii.

Hìc verò denuò quàmmaximè intereſt: An de horum Acquæſtuum renunciatione in gratiam alterius Conjugis faciendâ; an verò de illa, quæ ad Æris alieni exonerationem fit, & frequenter in damnum ſocialium Creditorum, quæſtio ſit? Quantum, primò, ad illam, hîc ante omnia inter Lucra Acquirenda & acquiſita diſtingui debet; tùm & porrò inter Conjuges, in ſecundo, vel primo matrimonio viventes.

§. LIII.

Quoad Conjuges in ſecundo conjugio agentes, iis, quæ operosè de binubo Parente, ex priori matrimonio Liberos habente, tùm

tùm acquirendis, tùm acquisitis, in gratiam Novercæ vel Vitrici cedente, superiùs tradidimus, nihil suppetit, quod addamus. Ipsa verò Noverca, itemque Vitricus, nullos Liberos ex prioribus; sed solùm ex secundis his nuptiis habens, quoad hanc quæstionem de lucrorum Conjugalium renunciatione quòd eòdem cum Conjugibus, qui in primo adhuc conjugio vivunt, jure censendus sit, arbitramur certissimum.

Quoad hos ergò Conjuges, primò, de acquirendis hæc unanimis Dd. circumfertur traditio, quòd Neonuptorum alter, in gratiam alterius, Pactis antenuptialibus, atque ità Conjugiô, per sacerdotalem benedictionem, nondùm perfectô, illis benè renunciare queat. Thomas Sanchez, *de matrimon. lib. 6. Disp. 5. num 1. 5. & 6.* ubi tàm de Marito, quàm de Uxore, hoc ipsum affirmat. Garsias, *de acq. conjug. n. 147.* Gutierrez, *pract. Qq. lib. 2. Q. 126. n. 1.* ubi dicit: Se in hoc neminem invenire contradicentem. Herbaius, *rer. quotidianar. cap. 17. in fin.* Molina, *de J. & I. tr. 2. 435. num. 1.* Charondas, *Ressp. lib. 9. c. 59.* Chassanæus, *d. rubr. 4. §. 2.* verb. *Et acquests. num. 15. vers. limita 4.tò.* Alvar. Valascus, *consult. 103. num. 29. in fin.* Hector Capyc. Latro, *part. 2. Dec. 197. num. 44.* Sanz. *de divis. Bb. lib. 2. cap. 16. num. 1.* Mevius, ad *Jus Lubec. part. 2. tit. 2. art. 12. n. 128.* Suarez, *tit. de las ganancias. num. 24.* ubi istum articulum eleganter exequitur, & *circa fin.* inter alia ità dicit: Lucra & acquisita veniunt communicanda, & Medietas acquiritur Uxori, nisi aliter sit conventum, & ipsa renuntiaverit lucris & debitis, volens contentari cum dote & arrhis suis: quod advertant divites contrahentes matrimoniũ, *pag. nob. 23. in fin.* Lopez, *de Lucris mariti & uxor. cap. 7. num. 1.* Barbosa, ad *L. 1. part. 3. num. 62. sol. matrim.* Christinæus, ad *LL. Mechlin. tit. 9. art. 11. num. 12.* Peck. *de testam. conjug. lib. 2. cap. 1. n. 3.* Kizel, *de matrimon. cap. 7. theorem. 7. lit. 1.* Pantschmann. *lib. 2. Q. 5. num. 46.* ità quidem, ut non solùm talis conventio, quòd, cùm Lucra hæc, inter utrumque Conjugem, in duas dimidias, vi Statuti vel Moris in loco recepti, dispesci deberent, Uxor unicâ Quartâ contenta esse, & tres reliquæ ad Maritum spectare debeant: Kizel, *d. l.* ibi: *Vel nihil prorsùs, vel partem minorem.* Addantur similia ex Johanne Heesero, *de acq. conjug. part. 2. Loc. 10. n. 35.*

Verùm

Verùm etiam illa, quòd omnia lucra, per totum constantis conjugii tempus ab utroque acquirenda, ad solum Maritum, vel solam Uxorem spectare debeant, valida pronuntietur; per congesta Heeseri, *cit. Loco 16. num. 140.* ubi tamen advertendum, quòd in ultimô hôc casu nulla ampliùs inter Conjuges vera societas subsistere valeat; per *L. 29. §. fin. ff. pro soc.* Licet ipsa hæc Conventio, quòd omnia Lucra ad unum solum spectare debeant, validissima sit. Cùm enim Conjugalis Bonorum Societas ex præsumptâ & tacitâ Conjugum voluntate originem trahat: Christianus Rodenburg. *de Jure, quod oritur ex divers. Statut. tit. 2. cap. 5. §. 14. pag. 88.* quare non dubitandum, quin illa dotalibus Conjugum Pactis reformari, restringi, ampliari, vel in totum excludi valeat; post Gomez. Covarruv. & alios, Garsias, *de acq. conjug. num. 147.* Mevius, ad *Jus Lubec. part. 1. tit. 5. artic. 5. n. 37. cum sqq.* Et cùm, tali in casu, Mulieri, Acquæstibus renuncianti, tempore initi talis Pacti, in iisdem, nec re, nec spe quicquam juris competierit; eo quòd ipsa hæc Renunciatio, priusquàm jus aliquod in Spe nasceretur, jamjam præcesserit, atque ità (ut suprà ex Baldo retulimus, ad *L. Illud. num. 6. Cod. de SS. Eccles.*) necdùm natâ hâc Spe, ipsi Acquisitionis initio obviatum sit, in tantum, ut illa, ceu per Pactum impedita, nec subnasci porrò possit; ideò talis Mulier nihil habet, de quo jure conqueri possit, cùm ipsa hoc modo, nec re, nec spe ad se pertinentibus Lucris renunciaverit; juxta ea, quæ in simili Hieron. Gabrielius, *lib. 2. consil. 6. num. 3. cum sqq.* Steph. Gratianus, *discept. forens. tom. 1. cap. 132. num. 23.* Polydor. Ripa, *singul. observat. 8. num. 6.* ubi dicit, quòd, si tempore Pacti celebrati, dispositio Statuti, vel Legis nondùm competierit; sed demùm subsequente Contractu competitura fuerit, in ejusmodi casu non possit dici, quòd provisio Hominis tollat provisionem Legis, quippe quæ nondùm erat; sed quòd illa impediat, Statuti vel Legis provisionem nasci. Addat. post Cynum, Decianum, Salycetum, Johann-Petrus Fontanella, *de pact. nuptial. claus. 5. gloss. 8. part. 12. n. 58.* Undè, sicuti Lucrum Dotis, ex dispositione Statuti debitum, contrario Neogamorum pacto, sub auspiciis nuptiarum, tùm expressè, tùm tacitè, excludi potest; Rolandus à Valle, *de Lucro dot. Q. 39. num. 24.* Phanuc. *de Dote, gloss. 14. num. 1.* Surdus, *Decis. 272. num. 18.* Gamma, *Decis. 366. num. 4.* Sanchez, *de matrimon. lib. 6. Disput. 5.*

sic & communicatio lucrorum conjugalium, vi Statuti obtentura, per Pactum non minùs excludi potest. Plures alias Rationes prælibavimus superiùs in §. *8.* & *9.* ubi etiam notavimus, quòd Conjux, in gratiam alterius Conjugis, non solùm post sponsalia; sed & stante conjugio, lucris seu Bonis adhuc acquirendis benè renunciare queat. Quod assertum ex iis, quæ etiam de binubo, & ex primo thoro Liberos habente conjuge, ratione lucrorum adhuc adquirendorum in §. *30.* adducta sunt, multum roboris accipit.

§. LIV.

Porrò ista doctrina non saltem tunc obtinet, quando Lucris obventuris, ab alterutrò Conjugum, expressis verbis renunciatum fuit; sed & idem tunc obtinet, si hoc ex verbis æquipollentibus colligi possit. Hinc cùm in casu, suprà in §. *35.* notato, inter Jacobum Hegelmayerum, inclytæ Imperialis Esslingæ Civem, ejusque Sponsam Mariam, amplis facultatibus præ illo instructam, in Pactis dotalibus Anno 1638. confectis, inter alia conventum esset, daß / wann die Sponsa, ohne in solcher Ehe erzeugte Kinder / mit tod abgehen würde / alsdann ihre in erster Ehe erzeugte vier Kinder 4800. fl. zum Vorauß haben: im übrigen aber der Sponsus, und wann auch nur noch ein einiges Kind bey leben wäre / durchauß / **auch vom Errungenen und Gewonnenen** / einen Kinds-Theil hinwegnemmen; auff den Fall aber / wann Er der Sponsus, vor seiner Sponsa, mit tod abgehen würde / Sie von dem Seinigen / weil Er ein verbrannter Mann gewesen / und all das Seinige zu Weiblingen im feindlichen Brand verlohren / nichts erben; sondern seinen hinterlassenen Kindern alles / auch jeniges / was in Zeit währender Ehe Ihme erblich angefallen / allein verbleiben solle / ꝛc. & post mortem Uxoris, amplissimus Quæstus, durante conjugio factus, adesset, cujus partem Mariti præmortui Liberi ex prioribus nuptiis seriò prætendebant, Amplissima hujus Loci Facultas Juridica Anno 1668. mense Novembri, desuper consulta ità respondit, quòd totus Acquæstus ad Uxorem pertineat, inter alias operosè congestas Rationes, etiam ex eo, daß / Erstlich / das jenige / was in casum, der sich damahlen begeben / nemlich deß Manns Vor-Absterbens / seine Kinder erster Ehe bekommen / und haben sollen / die Paciscenten selbsten clärlich vermeldet / indeme Sie sagen: Quòd, in casu Mariti præmorientis, ad ejus Liberos ex priore matrimonio, omnia Mariti in hoc secundum Conjugium

 illata

illata pertinere debeant: Sed quòd, hôc in casu, etiam pars Acquæstûs connubialis ad præmortui Mariti Liberos pervenire debeat, de hoc in totis Pactis dotalibus altum sit silentium. Quod autem Pacta dotalia non dicunt, nec nostrum est, dicere.
Welches fürnemlich hierdurch noch mehrers bestärckt wird / daß in dem §. zum Fünfften / &c. zu deß zu erst verstorbenen Mariti Kinder auß erster Ehe Portion und Antheil / per modum ampliationis, hinzu gethon worden / daß auch das Jenige / so dem damahligen Hochzeiter / in währender Ehe / von seiner Lini her / erblich zufallen möchte / seinen Kindern erster Ehe zuständig seyn solte. Ex quibus patescit, quòd Paciscentes in his Pactis specificè & definitivè determinare voluerint, quid, in casum Mariti præmorientis, ipsius Liberi accipere & jure prætendere valeant. Cùm itaque illis tantummodò Bona, constante matrimonio, jure hæreditario, Marito delata & hoc titulo acquisita attribuantur; de reliquis verò, constante conjugio, ex Bonis præcipuè Uxoris, acquisitis, nihil illis adsignetur, haud obscurè indè sequitur, quòd, secundum paciscentium voluntatem & mentem, de reliquis Acquisitis ipsis nihil debeatur. Expressio enim specialis omnem excludit extensionem. Barbosa, *lib. 1. cap. 60. axiom. 2.* Dann / wann die Partheyen dieses gewolt hätten / daß des Manns Kindern / in hujusmodi casu, auch von denen durante matrimonio gewonnenen Bonis etwas zukommen solte / hätten sie solches leichtlich / und mit wenigen Worten / hinzusetzen können. Quod autem Paciscentes facilè exprimere potuissent, si voluissent, id, si non expresserunt, nec voluisse censeri debent. Jacobus Thoming. *vol. 1. consil. 32. num. 4.*
Hierzu kompt ferner / daß in denen Pactis, §. Betreffend drittens / &c. die Bona Uxoris in conjugium illata, und der Acquæstus conjugalis conjungirt und gleich geachtet / auch gleiches von beyden constituirt worden; ibi: Betreffend drittens übrige der Frauen zubringende Vermögenschafft / und was / miteinander / errungen und gewonnen werden möchte / so ist abgeredt / &c. Nun ist ausser allem zweiffel / daß deß verstorbenen Mannes Kinder erster Ehe / von deß Weibs Zubringen / anjetzo mit Recht nichts forderen können. Deßwegen ein gleiches auch de Acquæstu conjugali zu statuiren. Æquiparatorum enim in æquiparatis eadem est dispositio. *L. 1. ff. de leg. 1.* Barbosa, *lib. 1. cap. 37. axiom. 1.* Welches / daß nämlich deß Weibs Illata, und der Acquæstus Conjugalis, diß Orts / secun-

secundum Paciscentium intentionem, gleich zu halten / und beyde ejusdem conditionis, also / constante matrimonio, dem Weib allein jure Dominii zugehören und verbleiben sollen / noch ferner auch auß disem erhellet / daß / secundum formalia istorum Pactorum, in casu Uxoris præmorientis, der Mann / mit deß Weibs Kindern / so viel deroselben alsdann im Leben seyn würden / deß Weibs Zugebrachtes / und das jenige / so Sie beyde Ehegemächt / in Zeit währender diser Ehe / durch GOttes Seegen / bey einander gewinnen und vorschlagen möchten / pro virili und zu einem Kinds-Theil NB erben / und zu einem gleichen Theil anstehen sollen. d. §. Betreffend / 2c. Cùm itaque secundum hæc Pacta dotalia, præmortuâ Uxore, superstes Maritus, & Uxoris ex priore conjugio Liberi, in Bona Uxoris in hoc secundum conjugium illata, & Acquæstum conjugalem, jure hereditario succedere, & ex omnibus his Bonis, ex partibus æqualibus, Heredes esse debeant, necessariò admittere oportet, Acquæstum conjugalem, æquè ac Bona ab ipsâ secundo marito allata, ad Uxorem pertinere: quandoquidem Heredes in Jus Defuncti tantummodò succedunt, & ad hoc, ut quis aliquid in suos heredes transmittere possit, necesse est, ut ipsemet id priùs habeat; cùm, quod quis ipse non habet, ad alios nullatenùs transmittere valeat. *L. 20. de acq. rer. dom. L. 3. §. 2. in fin. Cod. comm. de legat.* Und demnach der Maritus, juxta modò notata, von dem Acquæstu conjugali, erst nach deß Weibs Tod / eine Partem, und zwar einen Kinds-Theil / pro numerô Liberorum Uxoris primi matrimonii, atque jure hereditario, erlangen sollen / so folgt unwidersprechlich / daß der Mann zuvor / ante mortem Uxoris, wie an deß Weibs Zugebrachtem / also auch an dem Acquæstu Conjugali keinen Antheil gehabt. Quod enim demùm post mortem alicujus, & quidem jure hereditario, & tanquàm Heres, ego acquiro, illud me jam constante matrimonio habuisse, dici non potest: cùm, quod meum jam est jure Societatis, meum ampliùs fieri jure hereditario haudquaquàm possit. *L. 31. ff. de verb. oblig. L. 13. Cod. de legat. §. 1. Inst. de inutil. stipul. ibiq. DDres.* Quia itaque Maritus, adhuc vivus, nullam Acquæstûs Partem habuit, suâ sponte consequitur, quòd ipse nec ullam illius partem ad suos Heredes transmittere potuerit; arg. *d. L. 20. de A. rer. domin.* neque ejus Heredes, ullo jure, aliquam partem prætendere

 pos-

possint: Nam quodcunque quis demùm post mortem alicujus, tanquàm Heres ipsius, & jure hereditario consequi debet, illud, si talis futurus Heres prior moriatur, & ante illius, cui succedere debet, decessum occumbat, ipse in suos, quos habet, Heredes, transmittere non potest; sed spes illud consequendi omninò extinguitur. *L. unic.* §. 2. *vers. Vel vivo testatori. Cod. de caduc. tollend.*

Und obgleich heut zu tage/ in den meisten Orthen Teutschlandes/ eine tacita Societas Bonorum unter denen Eheleuthen eingeführt ist; so hat doch selbige nicht statt/ si inter Conjuges aliud actum, & de illorum voluntate, quòd talem societatem contrahere noluerint, ex Pactis dotalibus constet. Daß aber in nostro casu die Eheleuthe keine dergleichen Societatem bonorum, da der Acquæstus conjugalis beyden Ehegatten/ jure Societatis, gemein/ contrahiren haben wollen/ ist allbereit oben zur genüge außgeführet. Si enim Maritus, demùm post obitum suæ Uxoris, unà cum ejus Liberis, in partem virilem Acquæstuum succedit, & quidem jure hereditario, & tanquàm suorum Privignorum Cohæres, sua sponte hinc sequitur, quòd Maritus ècontra jure Societatis nullam Acquæstuum portionem habuerit. Und obschon beyder Eheleuthe Güther/ in denen Ehepacten/ ein gemein Guth genennet werden; so folget dennoch noch lange nicht/ daß Sie darumb eine veram Bonorum Societatem unter sich contrahirt haben: Siquidem etiam Communi Jure bona Conjugum quodammodò dicuntur communia, sic, ut istô quoque Jure, inter istos communio sit omnis Juris; *L. 1. ff. de rit. nuptiar.* Uxorque rei humanæ, ac divinæ domûs socia; *L. 4. Cod. de crim. expil. heredit.* & quasi Domina rerum mariti appellitetur; *in L. 1. ff. rer. amotar.* Certum verò est, quòd hôc Jure inter Conjuges non sit talis vera Societas, ut Acquæstus conjugalis ex Bonis collatis Utrique Conjugum communis sit. *L. 19. §. 1. ff. de pecul. L. 31. §. 1. de donat. int. vir. & uxor. L. 6. Cod. eod.* Covarruv. *de matrim. part. 2. cap. 7. §. 1.* Garsias, *de acq. conjug. n. 31.* Pyrrhus Anglebern. ad *Consuet. Aurelianens. tit. de societ. inter vir. & uxor. cap. 1.* Besold. ad *Jus Provinc. Würtemberg. D. 4. θ. 31.* Sed communia dicuntur Conjugum Bona tantùm quoad promiscuum illorum usum, ità, ut, quoad promiscuum hunc usum, nihil in domo conspiciatur dividuum, nihil, quod vel Maritus, vel etiam Uxor, suum proprium esse diceret; ex Columella, Gothofred. ad *L. 1. ff. de rit. nuptiar.* Videat. *L. 4. §. 1. ff. de usu & habit.*

& habit. Es scheinet zwar wohl pro Liberis Mariti dise sonderbahre ratio Æquitatis zu militiren/daß/was diß Orths in währender Ehe fürgeschlagen/ durch beyder Eheleuthe Fleiß/ Mühe und Arbeit acquirirt und errungen worden. Hujusmodi enim Acquisitiones, inprimis Eslingæ, veniunt maximè ex Conjugum diligentiâ, industriâ & operâ, præcipuè Mariti, dùm nempè prudenter vina emit & vendit, omniaque Familiæ bona diligenter administrat: quâ ipsâ operâ & industriâ suâ Maritus plerunque, tametsi Pauperior, id, quod ejus patrimonio deest, supplet; conformiter *Legi 5. §. 1. ff. pro soc.* Hujusmodi enim opera & industria Conjugis sæpè plus ad Acquæstum conjugalem confert, quàm alterius Pecunia & bonorum Possessio. *L. 29. §. 1. ff. pro soc.* Undè æquum, ut etiam ipse Maritus hujus lucri constante conjugio quæsiti partem accipiat, tanquam suæ industriæ & operæ mercedem: Fontanella, *d. l.* eò magis, quòd & ea, quæ Uxores constante conjugio acquirunt, secundum LL. Justinianeas, regulariter omnia Marito cedant. *L. 51. de donat. int. vir. & uxor.* Mevius, ad *Jus Lubec. part. 2. tit. 2. art. 12. n. 134. & seqq.* Heigius, *part. 1. Q. 29.* Es mag aber in proposito dise Ratio Æquitatis nichts operiren; cùm quilibet favori pro se introducto renunciare possit, &, qui jure suo utitur, nemini faciat injuriam. Nächst deme/ daß auch/ ex parte Uxoris, dise Ratio Æquitatis in contrarium obhanden/ daß/ wann die Eheleuthe/ in währender Ehe nichts vorgeschlagen; sondern eingebüsset hätten/wie bey vorigen Kriegs-Zeiten leichtlich geschehen können/ und bey gar vilen geschehen ist: Non enim semper favet Mercurius, auff disen Fall die Wittib/ alle deß Manns Zubringen/ desselben hinderlassenen Kindern/ völlig und gantz hätte müssen hinaußgeben/ und also Sie die Einbuß allein tragen. Naturà autem æquum est, ut Commoda ad eum pertineant, ad quem pertinent incommoda. Warzu noch ferner auch dieses kompt/ daß gleichwohlen der Mann/ wenn das Weib wäre vor gestorben/ auch von deß Weibs Zubringen einen Kinds-Theil zu gewarten hätte: Das Weib aber hingegen von deß Manns Zubringen/ wann Er gleich/ von seiner Lini her/ constante matrimonio, ein mehrers geerbt hätte/ jedennoch gar nichts zu empfangen gehabt hätte.

Weilen aber wir vernommen/ daß der liebe GOtt dise beyde Eheleuth/ in diser ihrer letzten Ehe/ gar reichlich gesegnet/ und das Errungene und Gewonnene sich auff ein gar grosses belauffe; der seelige

tige Mann auch mit seiner Sorge / Mühe und Arbeit / und zwar ü-ber die dreissig Jahr / getreulich und fleissig darzu geholffen / und wir Christen in dergleichen Fällen nicht eben allein ad Legem Justitiæ; sondern auch Christianæ charitatis zu sehen haben; als wird die Frau Wittib gar rathsam thun / wann dieselbe / zu Ehren ihres lieben Ehe-Manns / und bezeugung ihrer gegen demselben getragenen ehe-lichen Liebe und Treu / auch erhaltung guter Freundschafft / und ver-hütung beschwehrlicher Weitläuffigkeit / von solchem ihrem reichen Seegen / auch ein Ströhmlein auff deß seeligen Mannes leibliche / und Ihre Stieff-Kinder außfliessen lasset / und denselben ein Ergi-biges darvon mittheilet / ꝛc.

§. LV.

Neque hanc cessionem adhuc acquirendorum, in alterius Con-jugis commodum factam, Creditores cedentis infringere posse, argumento est *Lex 6. princ. de his, quæ in fraud. Credit. Lex 177.* ibi: *Non fraudantur Creditores, cùm quid* non acquiritur *à debi-tore; sed cùm quid de bonis* diminuitur. *L. 28.* ibi: *Qui occasione ac-quirendi non utitur, non intelligitur alienare. ff. d. V. Signific. L. 67. ad SC. Trebell. L. 26. de jure fisci. L. 1. §. fin. de collat.* & quæ latè de ta-libus statuminat eruditus Episcopus Isclanus, Hieronymus Rocca, *Select. jur. dissp. cap. 49. num. 6. & sqq.* Carpzov. *Dec. 161. num. 10.* ubi dicit, Creditores per jam acquisiti diminutionem defraudari di-rectò; per non acquisitionem autem saltem per indirectum; simulque ad regulam, quod una via prohibitum est, id aliâ non debet permis-sum censeri, eleganter respondet, ibi: *Patitur hoc limitationem in eo, quod fit per indirectum* ex licitâ quadam consequentiâ, *prout vul-gò dicitur, in consequentiam multa admitti, quæ principaliter non conce-derentur.* Blasius Diez de Mena, *in addit. ad Antonii de Gamma Dec. 92. & 118.* latè Franc. Salgado de Somoza, in *labyrintho Credd. part. 2. cap. 14. num. 6.* Thomas Carlevalius, *tract. de judic. tom. 2. lib. 3. tit. 3. D. 25. num. 2.* Addat. in simili, Dn. Stryke, *de success. ab intest. Diss. 4. cap. 3. §. 42.* in terminis Covarruv. *de matrimon. part. 2. cap. 7. §. 1. num. 15.* Heeser, *d. l. num. 146. in fin.* Gutierrez, *d. Q. 127. n. 4.* ibi: *Lucris futuris.* ubi etjam Lopez. & Pelaez. idem tradere scri-bit. Gars. *de acq. conjug. num. 148.* Nec moramur, quæ hic in contra-rium disputat Ludov. Molina, *de Just. & J. tract. 2. Disp. 435. n. 10.*

Neque

Neque etiam illud, quòd jus partem lucrorum quærendorum prætendendi in bonis cujuslibet conjugis sit; ad quod optimè respondet Hieron. Rocca, *d. cap. 49. num. 19. & sqq.* post Mutam, Gratian. Intrigliol. Carocium, Antonium de Vallis, Cutell. Ricciullum, de Mesa, & alios, Alphonsus de Olea, *de ceff. jurr. & act. tit. 2. Q. 3. num. 9.* ubi ad L. 3. Cod. de instit. & substit. respondet. Jacobus Cancerius, *variar. resoll. lib. 3. cap. 21. num. 160.* ubi omnes docent, quòd jus aliquid acquirendi non sit in bonis, nec in confiscatione bonorum veniat, nec in Creditores transeat; sed mera facultas sit, quæ in censu facultatum non computetur. In foro autem Conscientiæ utrum Regula *dictæ Legis 6. ff. de his, quæ in fraud. credd.* cum parallelis, etiam procedat? videat. Brunnemannus, ad *d. L. 6.* Molina, *d. num. 10.* Sanchez, *de matrim. lib. 6. Disp. 4. num. 9.*

§. LVI.

Quod, secundò, jam jam Acquisita concernit, hæc num itidem constante conjugio, à Conjuge, in gratiam alterius, in totum, vel saltem pro parte, cedi valeant? divexatissima disquisitio est; ut superiùs in §. *9.* deducta abundè nos edocent. Pensitemus verò hæc paulo magis otiosè. Ludovicus Molina totus in eo est, ut ad oculum demonstret, jam jam acquisitorum cessionem, ideò, in se nullam esse, quia, sive Maritus in gratiam Uxoris, sive hæc in illius compendium iis cedat, Conjux conjugi ea, quæ verè in ipsius patrimonio sunt, donet, & proindè hæc cessio non aliter valeat, quàm si ante donantis Conjugis mortem ea non revocetur; per *tot. tit. de donation. inter Vir. & Ux.* & *L. 25. Cod. eod.*

Complures verò alii, etiam talem cessionem pro valida venditantes, in eo se fundant, quòd, durante Conjugio, nulladùm actualis sive vera communio acquisitorum inter Conjuges sit, nec dominium illorum & possessio actualis; sed solummodò habitualis ad Uxorem petineat; Theodor. Höpingk. *consil. 33. pag. 630. in fin. & pag. seq.* Covarruv. *varr. resoll. lib. 3. cap. 19. num. 2.* Molinæus, ad *Consuet. Paris. tit. 1. §. 37. gloss. 1. num. 2.* & *§. 43. glossa 1. num. 74.* Peck. *de testam. conjug. lib. 2. cap. 1. num. 2.* Kizel, *de matrimon. cap. 7. theorem. 7. lit. L.* Suarez. *tit. de las Ganancias, num. 58. in fin.* ubi dicunt, Uxorem quæsitorum dominium non in actu habere, nimirum pleno, & quoad effectus dominii non impedito; sed duntaxat in habitu, seu

in

in credito, ut loquuntur; ità nempè, ut demùm finito Conjugio, illud habituale & quasi velatum Uxoris dominium, in actum, & veram actualemque & dominii & possessionis continuationem transeat. Heeser, *d. part.* 2. *Loco* 15. *num.* 166. *cum sqq.* Argumento esse, quòd Uxor, fundum constante matrimonio acquisitum, &, durante adhuc illo, à Marito rursùs venditum, tanquam communem, retrahere nequeat. Giurba, ad *Consuet. Messanens. cap.* 1. *gloss.* 5. *part.* 1. *n.* 38. Heeser, *d. l. num.* 165. Gutierrez, *pract. Qq. lib.* 2. *Q.* 163. post Lopez. Molina, *tr.* 2. *Disp.* 434. *num.* 2. Atque indè hoc dominium in acquisitis, constante matrimonio, Uxori competens, eidem non aliter, quàm legatario, ante acceptationem, dominium legati, nempe tantùm dependenter à futura acceptatione, competere dicunt multi, ut superiùs retulimus, in §. 9. Videat. Kizelius, *d. theorem.* 7. *Lit. l.* Sanchez, *de matrimon. lib.* 6. *Disp.* 5. *num.* 8. Gomez, *ad L. Tauri* 60. *num.* 1. Palat. Rub. *in repetit. rubr. de donat. inter Vir. & Ux.* §. 63. *num.* 1. & 2. Gutierrez. *d. Q.* 126. *num.* 1. & 5. Sanz. à Morquecho, *de divis. bonor. lib.* 2. *cap.* 14. & 16. *num.* 2. ubi hoc sine dubio esse scribit; quod tamen ad LL. Hispan. ab ipso citatas restringendum arbitramur. Post plures, Garsias à Sabedra, *de acquæstu conjug. num.* 147. Covarruv. *de matrimon. part.* 2. *cap.* 7. §. 1. *num.* 14. cum aliis Boërius, *Dec. Burdegal.* 244. *num.* 2. Balthasar, *pract. resol. tit.* 1. *Resol.* 1. *n.* 163. Nicol. Van der Hooch. *singul.* 80. *num.* 4.

§. LVII.

Sed si etiam Nobis in difficili hoc articulo, utri opinioni nostram adjiciamus, exponere licet, arbitramur, priorem vel ex hoc veriorem, quia, primò, hoc falsum, quòd Uxor in bonis, solius mariti, & præprimis suâ propriâ industriâ comparatis, constante conjugio, non verum, vel purum; sed solùm à futurâ suâ acceptatione dependens & fictum dominium habeat: cùm utique non omnia, quæ Lex disponit, ex hoc solo, quòd illa non aliquô ordinariô, vel in oculos incurrente, & naturali modô utatur; sed interdùm per fictionem, statim ficta evadant: Neque enim Lex in illis, in quibus verè & realiter operari potest, aliquam statuit fictionem: post alios Kellenbenz. *de renunciat. success. Q.* 35. *num.* 25. Et omninò hic quoque, ut in aliis multis, inter rem ipsam, quæ verissima est, & rei modum, qui, salvâ rei veritate, benè fictus esse potest, sedulò distinguendum. Sicut itaque

Posses-

Possessio per constitutum, atque ità per fictam traditionem translata, nihilominùs vera possessio est; arg. *L. 6. §. 1.* ibi: Propriè dicar. *ff. d. precar. L. 18. §. 2. d. acq. poss.* Menoch. *de recuper. possess. remed. 1. numer. 403.* Ità etiam dominium in parte dimidia acquisitorum, solâ legis potestate, in Uxorem translatum, similiter verum dominium est; per doctissimè firmata, etiam de rei legatæ dominio, à Dn. Frommanno, *de transitu dominii legali, §. 74. cum pluribus sqq.* in individuo Johannes Garsias, *de expens. & melior. cap. 13. num. 13.* verb. *Uxor domina est suæ partis*, & verè *eam possidet ex dispositione legis.* Joh. à Someren, *de Jur. Noverc. cap. 9. §. 2.* ibi: *Eaq;* verè Uterque *possidet.* plenissimè Joh. Grivellus, *Dec. Dol. 14. num. 22. & sqq.* ubi vide omninò.

Secundò, hic transitus dominii legalis in acquisitis, ratione plenariæ suæ perfectionis, non à futuro aliquo eventu & facto tertii, sicut transitus dominii in re legata ab aditione hæredis, dependet; sed statim perficitur, & Lex ipsa in Uxorem, pro sua dimidia, rectà & purè hoc dominium transfert.

Tertiò, si Legatarius legatum non acceptet, censetur dominium nunquàm acquisivisse; *L. 15. de reb. dub. L. 38. §. 1. de leg. 1. L. 1. §. 6. ff. si quid in fraud. patr.* quandoquidem hæc tota Dominii acquisitio, sub hac conditione, si velit legatarius, facta censetur. Franc. Salgado de Somoza, in *labyrintho credd. part. 2. cap. 14. num. 24. & sqq.* B. Dn. Brunnemann. *ad L. 6. num. 3. de his, quæ in fraud. cred.* Joh. Bapt. Hodierna, *ad Surdi Dec. 140. num. 6.* Hieron. Rocca, *select. jur. Disp. Vol. 1. cap. 49. num. 10. & sqq.* ubi alios quamplurimos allegat. E contra verò, sicut Conjuges, **hôc votô, ut de** bonis collatis honestè lucrentur, illam consuetudinariam bonorum Societatem ineunt; Dn. Lauterbach, *de societ. Bb. conjug. cap. 4. §. 32. in fin.* & proindè acquisitio nulli conditioni, si conjuges velint, exposita est; notanter Garsias, *d. cap. 13. num. 415.* ibi: *Uxor superstes, quoad lucra,* nihil expectat ab hærede Mariti, *cùm ipsa partem suam rectè possideat, cujus* verè domina *est.* & *num. 157.* ibi: *Mulier, quia ipso jure habet medietatem lucrorum acquisitorum sibi, jure ipso, Legis beneficio, est* Domina verè, *& obtinet eorundem* verum dominium; & optimè *num. 186.* ubi ità notabiliter: *Cùm*, ait, *sit* receptissima *sen-*

tentia, *& meo judicio* verissima, *Mulierem ipso jure effici Dominam acquæstuum*, *planè illud quoq; consequens est*, *ut Mulier sibi sua retineat Bona*. *Namq; si verum amamus*, *nostro Jure* fit acquisitio ambobus, ipso Jure, veri Dominii acquæstuum. *Licet enim Lucra Societatis*, Jure Communi, *venirent communicanda Judicio Societatis actione pro socio*, *nostrò Jure* Vindicatio *competit*. *Undè illud Dominium retinet sibi Uxor*, *& meritò*; *cùm sine facto suo auferri ipsi non possit*: *Quæ Sola Ratio adhuc diluenda est*, *si dilui posset ab iis*, *qui solam Jus*, *h. e. Actionem*, *non Dominium*, *relinquunt Uxori*, *&c*. Ità etiam, licet Uxor, acquisitorum possessionem, etiam mortuô Maritô, pro sua dimidia, naturaliter apprehenderet, tamen ipsa, si posteà grande Æs alienum sociale emergat, eorundem dominium, quod haud dubiè verissimum intereà habuit, à se rursùs abdicare, sicque ære alieno, minimùm per integrum restitutionem, se eximere potest. Videat. Molina, *Disp*. 434. *num*. 5. & ea, quæ infra à nobis traduntur, in §. 126. Ex hôc verò, quòd Uxori facultas talem fundum retrahendi non cōpetat, (quam tamen eidem concedit Covarruvias, notante Giurba, & Gutierrezio, *cit. loc.*) handquaquàm evincitur, quòd Uxor non habeat verum Dominium in parte dimidia acquisitorum. Primò enim hæc assertio in eo fundatur, quòd Marito, ceu capiti & Principi familiæ, Jus acquisita alienandi, etiam dissentiente Uxore competat; quod tamen & ipsum ab aliis negatur; post Bald. Boërius, ad *Consuetud. Bituric. tit. de cons. matr*. §. 3. Mastrillus, *lib*. 1. *Dec*. 75. & tùm à Ddb. tùm per Statuta variè restringitur. Dn. Lauterbach, *de societ. Bb. conjug. cap*. 5. §. 3. & 4. Grivellus, *d. Dec*. 114. *num*. 44. Secundò, non sequitur: Marito competit Jus acquisita alienandi, & Uxor non potest alienata retrahere. Ergò ipsa non verum, in eorum dimidiâ, Dominium habet: Cùm utique, negatô dominii exercitiô, non statim negandum sit ipsum dominium; ut patescit ex *tit. Inst. quib. alien. lic. vel non*. & his ipsis in terminis benè disserit Segura, *de lucris mariti & ux. num*. 51. Alvar. Valascus, *tom*. 1. *consult*. 103. *num*. 27. Uxor fundum dotalem, à marito alienatum, constante conjugio non potest vindicare. *L*. 29. *&* 30. *Cod. de jure dot. L*. 9. *Cod. de rei vindicat*. Dn. Lauterbach, *de fundo dotali*, §. 41. Jungat. Didac. à Segura, *de lucris mar. & uxor. num*. 44. Grivellus, *d. Dec. num*. 43. Quis autem exindè, quòd hic fundus nihilominùs in Uxoris naturali dominio maneat, contra

textum

textum expressum *d. L. 30.* negare ausit? Et cùm nempè marito, cen familiæ Duci & administratori, potestas, constante conjugio quæsita alienandi, singulari privilegio attribuatur, vel ex hoc planum fit, quòd ipse de cætero solitarium eorundem dominium haud habeat, arg. *L. 21. Cod. mandat.* optimè Grivellus, *d. Dec. 114. num. 32.* pleniùs Didacus à Segura, *d. tr. num. 44. & sqq.* ad quem omninò B. L. remissum volumus; quippe qui, occasione hujus Q: Utrum bonis Mariti, propter crimen hæreticæ pravitatis, confiscatis, etiam Dimidia lucrorum conjugalium Uxori debita, Fiscum sequatur? omnia hùc facientia multis paginis exequitur, & contrariari visa latissimè diluit. Sufficit, ut Uxor, de dimidia quæsitorum, tùm in qualibet ultima Voluntate disponere, tùm non minùs, quàm Maritus, suam medietatem in quosvis hæredes transmittere possit; &, in casu confiscationis bonorum Mariti, hanc Dimidiam salvam habeat, imò etiam Maritô ad inopiam vergente pariter suum Semissem auferre ei liceat. Fürstl. Würtemb. Land-Recht. *p. 3. tit. 7.* §. Was dann / ibi: In dem allem / sampt seinem Theil errungens und gewonnens. *pag. 350.* Sanchez, *de matrim. lib. 6. Disput. 5. num. 2.* Molina, *d. l. num. 4.* ibi: *Quâ ratione utervis Conjux transmittit Jus hoc ad suos heredes, si ante alterum è vitâ discedat.* Grivellus, *Decis. Dol. 114. num. 44.* & quæ plura his similia. Videat. Parladorius, *rer. quotidian. lib. 2. cap. 5. n. 14.* ubi quærit: An Uxor, ratione Acquæstuum, sit legitimus contradictor, ad effectum impediendi immissionem ex L. fin. Cod. de Edicto D. Hadr. toll. Garsias, *de acq. conjug. num. 157. 172. & 187.* & imprimis Grivellus, *d. Dec. 114. n. 44.* ubi porrò de casu separationis quoad thorum & mensam. Denique longè faciliùs in connubialibus bonorum Sociis Dominii communicationem admitti debere, quàm in aliis sociis, acutè advertit laudatus Parladorius, *d. lib. 2. cap. 5. num. 14.* Addat. Goris, *adversar. Jur. cap. 4. num. ult.*

§. LVIII.

Suppositô verò hôc, quòd Uxor verum acquisitorum, pro sua portione, dominium habeat, aliter dicere non possumus, quàm quòd regulariter, stante conjugio, horum renunciatio, in gratiam Mariti fieri non possit, &, ceu vera, inter Conjuges prohibita, Donatio, non

antè, quàm post Uxoris mortem, si non priùs revocetur, valere incipiat: æquè ac etiam vicissim Maritus, qui indubitatò Acquisitorum verus Dominus est, in gratiam Uxoris, Lucris jam acquisitis incassum renunciat; quod postremum ab omnibus Ddbus concedi, benè notat Molina, *d. l. num. 4.* Heeser, *d. Loco 16. num. 155.* Sanchez, *d. Disp. 5. num. 7.* Licet etiam hactenus Covarruv. Matienzium & Perezium diversa sentire observaverit Giurba, ad *Consuet. Messan. cap. 1. gloss. 8. part. 1. num. 16.* Quæ enim sit ratio, ut hoc modo renuncians non pauperior sit factus, qui alteri id cessit, quod pleno jure sibi quæsiverat? habet verbum Herbaii, *rer. quotidian. cap. 17. pag. 248.*

Imò, posito, quòd Uxor dimidiæ partis acquisitorum domina plane non sit; sed solummodò Maritum, ad illa sibi communicanda, obstrictum habeat; tamen ipsa ne sic quidem Marito suam partem, pendente conjugio, remittere posset; cùm & talis Remissio obligationis, jamjam perfectissimè in esse productæ, tanquàm efficax species donationis, inter Conjuges indubiè prohibita sit: Et utique, quoad Conjuges, inter renunciationem juris in re, & ad rem, nulla sit differentia; juxta suprà notatam *L. 5. §. 5. d. donat. int. Vir & Ux.* Cui addenda *Lex 4. L. 31. §. 4. & 5. L. 21. §. 1.* ibi: *Petitionem earum* remiserit. *ff. d. tit. de don. int. V. & U.* Videat. Valascus, *d. Consult. 103. num. 29.* Colleg. Jurid. Argentor. ad *eund. tit. §. 4.* post Sylvestr. Navarr. & Sanchez. Giurba, *d. l. num. 10.* ut alias Rationes à Maritorum importunitate, precibus, & minis, quibus facilè Uxores ad talem Acquæstuum renunciationem, in sui favorem faciendam, adigere, sicque illam per metum reverentialem, cum gravissimâ Uxorum læsione, extorquere possent, nihil adjiciamus. Conferat. Lopezius & Burgos de Paz, in locis adductis à Gutierrezio, *d. lib. 2. Q. 126. num. 5. vers. Adhuc tamen.* Didac. Burgens. *Q. civil. 9. num. 10. & sqq.* Valasc. *d. l.* Molina, *d. l.* Herbaj. *d. cap. 17.* Addant. quæ de Jure Bavarico tradit Joh. Franc. Balthasar, *d. Resol. 1. num. 55. & 86.* Ad ἐναντιοφανῆ conferat. Grivellus, *d. Dec. 114. num. 37. cum sqq.* Segura, *d. l.* ubi latè de his disputat.

§. LIX.

Sed hæc omnia per Regulam, & quidem tùm demùm obtinere arbitramur, si hæc ipsa Lucrorum jam acquisitorum Renuncia-

tio

tio in aliquam speciem meræ & simplicis donationis reverà incidat. Quodsi verò è contra, etiam per tempora matrimonii constantis, tale Pactum ineatur, quô quidem Uxor in gratiam Mariti, vel vicissim Maritus in gratiam Uxoris, Lucris connubialibus, jam quæsitis & quærendis; veruntamen potissimùm eô fine, renunciat, ut ipsa principaliter non alterius Conjugis, sed sui ipsius comoda quærat, v. gr. ut Uxor, extra omne periculum futurorum eventuum, si fortassis Maritus in sua mercatoriâ, pecuariâ, vel aliâ negotiatione, loco Lucri, quod jam in manibus habuit, & porrò sperat, multum damni acciperet, sese collocatura, vel loco magni, sed tunc temporis incerti, seu ab incerto fortunæ arbitrio pendentis Acquæstûs, modicam quidem; sed tamen certam quantitatem stipuletur, hîc profectò, tametsi ex post facto emergat, ut Uxor, Acquæstui dicto modo renuncians, ex ipso hoc Pacto renunciatorio multum damni accipiat, & Maritus è contra vel illius Heredes plurimum lucri; tamen illud valere, vel ex eo arbitramur, quòd (1.) per rerum sublunarium inconstantiam facilè fieri possit, ut facultates, per imprudentem, vel minùs fortunatam Mariti negotiationem, valdè imminuantur, vel absumantur, ut Uxor, sub titulo acquæstus conjugalis, planè nihil consequatur; imò planè haud modicum Damnum incurrat; Hieron. Pantschmannus, *pract. Qq. lib. 2. Q. 5. num. 30.* ac proindè hæc ipsa Renunciatio, & certæ è contra quantitatis stipulatio ei maximum emolumentum adjiciat: quod & olim in causa fuit, ut uxores Romanæ in societatem bonorum conjugalium non fuerint admissæ, quòd in facili esset, easdem omninò indotatas evadere, si, quod non infrequens, secùs quid accidisset, & pro lucro notabile suppeteret damnum. Thomas Herbajus, *rer. quotid. cap. 14. pag. 214. & sqq.* Cùm igitur damnum, quod Uxor interdùm ex ejusmodi Pacto patitur, ab incerto fortunæ arbitrio dependeat: quare ipsa, matrimoniô deinceps solutô, Querelam læsionis ad se redundantis incassum intendet. Quotiescunque enim casûs fortuiti par in utramque partem ratio est, tunc nulla læsionis querela attenditur, per *L. 1. Cod. de pact. L. 11. Cod. de transact. L. 12. Cod. de inoffic. testam.* ut tùm exemplo Alimentorum, sive annonæ ad dies vitæ præstationis, satis magnâ pecuniæ quantitate comparatæ, Emptore brevi pòst diem suam obeunte; Annæus Robertus, *rer. judicatar. lib. 4. cap. 2.* Joh. à Sande, *Decc. Frisic. lib. 3. tit.*

tit. 4. D. 17. Dn. Lauterbach, *in tract. synopt. tit. d. rescind. vendit.* §. *1. num. 11.* tùm exemplo reciprocæ inter Conjuges donationis, in tempus præmorientis donatoris collatæ; Gailius, *lib. 2. obs. 8. num. 3.* tàm denique in terminis Pactorum dotalium, diversum à Jure Statutario disponentium, de quo optimè Mevius, ad *Jus Lubec. part. 2. tit. 2. art. 12. num. 382.* Joh. Fridet. Sol, *de bonis const. matrim. acquisit. Q. 25. in fin.* ubi maximè talia Pacta, à Judice confirmata, valida pronunciat, aliisque similibus, haud obscurè comprobatur. Neque enim audienda, vel ad rescissionem Pactorum dotalium admittenda erit Vidua, vel ultra Dimidium læsionem obtendens, dùm fortè Maritus, 20. millia possidens, tantùm quatuor millia, in casum mortis, Uxori assignavit; David Mevius, *d. l.* cùm propter incertum mortalitatis, successionis, & fortunæ eventum, Pacta dotalia, ex læsione enormissimâ, Jure & moribus plerorumque Populorum non rescindi, constet, ut ex Mollero, Molineo, Cöppen. testatur Cothmannus, in *vol. 3. Resp. 28. num. 48.* Neque enim is propriè sese læsum potest dicere, qui tempore contractûs de certo vel commodo vel damno non constitit. Consill. Argentorat. *Vol. 2. cons. 23. num. 32.* Gail. *d. l. n. 2.*

§. LX.

Et quemadmodum, 2.dò, in tali casu, ubi Uxor, Acquæstibus jamjam partis renuncians, certam, loco illorum & omnium imposterum adhuc acquirendorum, quantitatem pacta fuit, Maritus sibi imputare hoc debet, quòd ipse spem magni, sed incerti, commodi, lucro certo; sed longè minori anteposuit; in simili Dn. Lauterbach, *tract. synopt. tit. de contr. empt.* §. *1. num. 10. vers. Posteriori in casu.* Ità ei nec invidendum, si hoc Pactum Acquæstuum renunciativum, ratione eventûs, non Uxori; sed Marito, proficuum sit.

Ut, 3.tiò, de eo, quòd ejusmodi pactum, quô Uxor promittit, Sie wolle sich / neben ihren allatis, mit 1000. fl. begnügen lassen / und sich der Errungenschafft gäntzlich entschlagen / hujus connubialis bonorum Societatis dissolutivum sit; arg. *L. 29. ff. pro soc.* & per ea, quæ tradit Dn. Lauterbach, *de ære alieno in Societ. conjug. contr.* §. *9.* nihil addamus. Quale illud è contrà, si Uxor in gratiam sui Mariti, constante conjugio, jamjam acquisitis, simpliciter renunciet, (ità nempè, ut hæc ejus renunciatio non simùl quoque Lucra adhuc acquirenda expressè contineat) evidenter non est. Et tandem nec il-

lud

lud hîc prætereundum, quòd non amarè, nec, tanquàm inter infestos, Jus Donationis inter Conjuges prohibitæ tractari oporteat; sed ut inter conjunctos maximo affectu, & solam inopiam timentes; juxta valde notabile Pauli effatum in *L. 28. §. 2. d. donat. int. Vir. & Ux.*

§. LXI.

Ex quo ità in terminis, quod ajunt, terminantibus, Domini Antecessores die 6. Martii, Anni 1677. ad Amplifs. Senatum Suevo-Hallensem: Nach deme ex Actis erhellet/ daß des Klägers Vatter und Mutter seel. ein Geding oder Pacta Nuptialia, permittente hoc Statutô, & loci illius continuâ Observantiâ, nec non totius Imperii, in locis, ubi viget conjugalis societas, ob gleich in stante & jam diu durante matrimonio, (id quod etiam permissum, ità, ut uxor, constante matrimonio, acquæstui huic validè renunciet, si modò non importunis Mariti sollicitationibus, ad id adacta fuerit, & de hoc appareat, nec in fraudem Creditorum, arg. *L. 1. §. 2. L. 3. & sqq. ff. de his, quæ in fraud. cred.* id factum constet) mit einander gemacht/ in welchem zwar die Mutter expressè lucro Tertiæ Acquæstuum, certorum bonorum partis, Statutario nicht; wohl aber tacitè und sufficienter, damit renuncirt/ daß/ auff den Fall ihres Vor-Absterbens/ ihrem Sohn und Erben/ über ihr Einbringen der 400. fl. Heurath-Guth/ wie auch 800. fl. Alt-Mütterlich Guth/ annoch die Ihro beschehene/ ihme sonst nicht gehörige/ Widerlag der 600. fl. gebühren solle. Cujusmodi expressâ provisione de dotalitio, aut simili, in pacto nuptiali, durante matrimonio factâ, legis provisioni seu Patriæ consuetudinis tacitè renunciatum esse, rectè asserit Peckius, *de testam. conjug. lib. 2. cap. 1. num. 3. vers. Quin etiam.* Welches auch das Hällische Statutum selbsten also statuiret in §. Und dieweilen/ &c. wann es tertiam partem acquæstuum illorum, Uxori præmortuæ, aut ejus Hæredi, alsdann gibet/ wann nicht verdingte Heurath obhanden. Und obzwar/ tempore Pacti illius, ein nahmhafftes schon errungen gewesen; so hätte doch solches in ferner gewährter Ehe/ und Ehelichen Societät, zu mahlen bey einer also geführten Handlung/ gar wohl auch durch Krieg/ Brand/ und ander Unglück/ abnemmen/ und die Massa Societatis verringert werden können/ daß/ wann solch Pactum nicht wäre gemacht worden/ Sie oder ihr Sohn/ Acquæstuum nomine, gar nichts hätte bekommen; son-

sondern noch wohl von ihrem Zubringen einbüssen können: Da hingegen/ durch solch Pactum, Sie in Gewiß- und Sicherheit gestellet worden; ut ità Læsio, tempore pacti, sub incerti eventûs conditione steterit: qualia, quæ in utramque partem lucri & damni ex fortuna se æqualiter habere possunt, neminem lædere censentur. Gail. 2. *Obs. 8. num.* 2. Mev. ad *Jus Lubec. part.* 2. *tit.* 2. *artic.* 12. *num.* 382. Siquidem non probat adesse, quod contingit abesse. Glossa, ad *L.* 4. *verb. quærendum. Cod. undè legit.* Hactenùs illi; qui etiam in suprà relato Casu, ad inclytam Imperialem Eslingam in eandem sententiam pronunciarunt.

§. LXII.

Cæterùm, si Uxor jamjam acquisitis simpliciter renunciet, &, loco illorum, ei nihil vicissim à Marito promittatur, tunc quidem hujusmodi renunciationem, tanquàm Donationem, quæ fit ob causam, ex eo, quòd illa Uxori possit utilis esse, cùm ipsa, hôc modô, à debitis liberetur, pro valida habendam, singulariter contendit Rodericus Suarez, *tit. de las Ganancias, num.* 24. *in fin.* Verùm hoc à superiùs stabilito effato dimovere nos nequit; cùm utique, si ipsa, propter Æs alienum, hôc renunciationis subsidiô opus habeat, jam defunctô Maritô liberrimè ad illud confugere valeat; &, admissâ hâc sententiâ, Uxor Viro superstes non amplius pœnitere, & hæc lucra, Marito viventi donata, revocare non posset; quod non temerè asserendum, ob *Capit. ult. X. d. donat. inter Vir. & Ux.* Addat. Herbajus, *rer. quotidian. cap.* 17. ubi in individuo de tali casu, quô Uxor Marito jus quæstûs & dispendii, Proximis mulieris assensum & authoritatem præbentibus, cessit, benè disquirit.

Neque etiam, ex eô, hanc acquisitorum renunciationem sustinendam arbitramur, quòd, cùm Maritus valdè locuples & industrius Mercator esset, qui multum in opibus accumulandis industriæ, curarum, & laborum impendit; Uxor verò ècontra otiosa domi maneat, dici debeat, Maritum, jamjam acquisitorum renunciationem ab Uxore acceptantem, nihil acquirere, ex quô ipse verè locupletior reddatur; sed duntaxat hoc agere, ne id, quod laboribus forsan maximis acquisivit, pro parte ad otiosam suam Conjugem deferatur, ut equidem contendunt Covarruvias, *de matrimon. part.* 2.

cap.

cap. 7. §. 1. num. 14. Suarez, *d. t. num. 24.* Sicut enim generaliter in hac connubiali bonorum Societate nulla obtinet distinctio, sive Lucra, constante matrimonio quæsita, à Marito & ipsius Uxore simùl, sive solô Maritô, solâve Uxore quæsita sint: Chassanæus, ad *Consuet. Burgund. rubr. 4.* §. 2. ad verba: *Et acquêts. n. 1.* Petrus Sanz, *de divis. bonor. lib. 2. cap. 11. num. 15.* Covarruv. *de matrim. d. part. 2. cap. 7. §. 1. n. 7.* Joh. Uffel. *in addit. ad Covarruv. lib. 3. pract. Resol. cap. 19. vers. Quod autem.* Heeser. *de acq. conjug. part. 2. Loco 15. num. 79.* Dn. Lauterbach, *de Societ. Bb. conjug. cap. 4. §. 5. in med.* æquè ac nec in eo, quoad lucra ex proventibus bonorum percepta, quicquam subest discriminis, sive alter conjux dives sit, & alter pauper, sive ambo æquales facultates possideant: post Matienzium & Boërium, Gomez, *ad L. Tauri. 50. & seqq. num. 70.* ubi scribit, quòd, licet maritus ad matrimonium veniat opulentus, & Mulier pauperrima, vel è contrario; tamen Lucra omni casu Conjugi communicentur. Sanz. *lib. 2. cap. 11. num. 17.* Sande, *Decc. Fris. lib. 2. tit. 5. Dec. 3.* ubi hoc apud Frisios dicit indubitatum: Post plures Heeser. *cit. l. num. 81.* Garsias, *de acq. conjug. num. 72.* ubi istam doctrinam appellat verissimam. Marius Muta, ad *Consuet. Panormitan. cap. 46. num. 7.* ità nec dubitandum, quin & tali in casu ea, quæ per Maritum jamjam acquisita sunt, hôc insuper habitô, quòd intereà ejus Uxor in otio egerit, ei nihilo seciùs, quoad dominium & possessionem, ipso jure & actutùm, ex primo acquisitionis momento, sint acquisita, ac proindè illa omnia, quæ in proximè præcedenti §. deduximus, etiam hîc locum habeant. Abrah. à Wesel, *tr. 2. cap. 2. num. 155.* eleganter & latè Gregor. Lopez, *d. lucris mar. & ux. cap. 6. num. 3. & 4.* ubi vide omninò. Addat. Grivellus, *Dec. Dol. 13. num. 2.*

§. LXIII.

Interim haud diffitemur, ex hac ipsa ratione, quòd per indefessam Mariti industriam omnia lucra acquirantur, hanc conventionem, tàm quæsitorum quàm adhuc quærendorum renunciativam, eò magis pro æqua reputari debere, notante Mevio, *cons. 21. num. 204. & sqq.*

§. LXIV.

Planè quin talis Conventio subsistat, quòd jamjam acquisita inter Conjuges dividi, & imposterum acquirenda ad so-

lum Maritum ſpectare debeant, non videtur dubitandum, cum laudato Lopezio, *de lucris mar. & uxor. cap. 7. num.* 2. Et ſi hujusmodi Renunciatio jam Acquiſitorum corporali renunciantis juramento firmetur, nihil eſt, ut de ejus validitate, Jure Canonum, dubitemus, juxta ea, quæ in genere de jurata inter Conjuges donatione paſſim tradunt DDres. Hahn. *ad Weſemb. tit. de donat. inter Vir. & Ux. n. 4.* ad verba: *Etiam jurejurandò.* Gail. 2. *Obſ. 40. n. 5.* & in ſpecie de hac ipſa renunciatione Thomas Sanchez. *d. lib. 6. Diſp. 5. n. 9.* ubi ad evitandam omnem diſputationem, hoc ipſum, ut talis renunciatio conjugalium lucrorum, ſeu à Viro, ſeu Uxore, & tàm de quæſitis, quàm adhuc adquirendis, juramento firmetur, tutiſſimum reputat.

§. LXV.

Porrò ſi vel Maritus, in gratiam Uxoris, vel hæc in Mariti, ſuæ dimidiæ acquiſitorum, per modum mortis cauſa donationis, renunciaverit, quin illa pro valida haberi debeat, vix videtur dubitandum, per *L. 9. cum LL. ſqq. de donat. int. Vir. & Ux.* Addat. Brunnemann. *ad L. 5. §. ult. d. t.* Multoque magis ſi alter alteri ſuam partem acquæſtuum, per modum Legati, vel Fideicommiſſi, teſtamento relinquat, talis etiam ceſſio (Modò non contra L. Hac edictali. Cod. de ſecund. nupt. peccetur.) pro valida habenda, per tradita Grivelli, *Dec. 95.* & B. Lauterbachii, *de ære alieno in ſoc. conjug. contr.* §. 50. Quò & facit *L. 6. L. 9. Cod. de pact. convent.*

Ex eo verò, quòd hæc renunciatio in tempus ſoluti matrimonii conferatur, eam non validari, non obſtante *d. L. 9. & 10. d. donat. int. Vir. & Uxor.* quàm in ſimili urget Alvarus Valaſcus, *conſult. 135. num. 21.* peti poteſt ex doctrina B. Lauterbachii, *in Diſp. de mort. cauſa donat.* §. 32.

§. LXVI.

Neque etiam dubitamus, quin Maritus vel Uxor lucris jam acquiſitis, multoque magis in futurum acquirendis, in commodum Liberorum, ex ſecundo vel primo thoro oriundorum, (modò etiam hîc nihil in fraudem laudatæ Legis, Hac Edictali, Cod. de ſec. nupt. fiat.) etiam ſtante Conjugio, benè renunciare queat; Jungat. Pantſchmannus, *pract. Qq. part. 2. Q. 5. in verb. fin.* & ſuprà lau-

laudati in §. *10.* præcipuè Peckius, de *testam. conjug. lib. 2. cap. 1. n. 5.* Intellige, si illi non vel in ipsius Patris renunciantis, vel, si uxor renunciet, in Mariti ipsius Sacris paternis sint constituti. Cùm utique nec Pater suo filiofamiliâs, neque etiam Uxor communibus liberis, in Mariti potestate adhuc constitutis, regulariter validè donare possit. *L. 25. Cod. de donat. int. vir. & ux. L. 3. §. 4. L. 5. §. 2. L. 19. pr. L. 58. §. ult. L. 60. princ. ff. eod.* Coll. Jur. Argentor. *ad d. tit. §. 5.* Ex quo etiam illud ab Heesero, *in tract. de acquæstu conjug. part. 2. loco 16. num. 147.* exhibitum Decisum, quòd, si Mevia, mortuô suô primô Maritô, grande in viduatu æs alienum conflaverit, &, cùm in secundo cum Sejo conjugio, amplum ex mercatura lucrum fecisset, metuens, ne ex illius Medietate, juxta Loci Statuta sibi quæsitâ, Creditoribus suis satisfacere cogatur, constante adhuc secundô hôc thorô, in gratiam Liberorum indè oriundorum, ei renunciaverit, hæc ipsa Meviæ renunciatio pro validâ habenda, atque ità judicatum sit apud Berlichium, non aliter nostrum facere possumus, quàm si supponamus, illos liberos non ampliùs in patriâ Seji potestate fuisse, ob *dd. textus.*

§. LXVII.

Et quia simùl illa Mevia in damnum NB. suorum Creditorum, quorum Debitrix Ipsa in suo viduatu facta, renunciavit, quare porrò hîc quæritur: Utrum, sicuti proximè de lucris adhuc adquirendis docuimus, quòd & conjux obæratus, in commodum Conjugis, vel aliorum, & è converso in damnum suorum Creditorum, illis renunciare possit; ità idem de lucris jamjam acquisitis, asserendum sit pariter? Ità quidem dicendum, si vera est illa Heeseri Decisio; & quæ tradit Didacus Covarruv. *d. part. 2. cap. 7. §. 1. n. 14.* Sed de ejus veritate nos vel maximè dubitamus. Neque etiam illam ex laudato Berlichio, *in Dec. 114.* vel Scabinorum Lipsiensium Præjudicio quicquam roboris accipere existimamus; quippè qui planè non de talibus Lucris jam verè acquisitis; verùm de lucro Dotis, post obitum Conjugis, conjugi quidem ex Statuti dispositione delatô; sed nondùm acquisitô, expresse loquuntur. Conferat. imprimis *Nrus. 16. cum omnibus seqq.* Sed profectò non idem est, non acceptare Lucrum sibi delatum, & Lucra jamjam acquisita remittere.

De Marito, si Lucrum Statuto delatum non acceptet; sed repudiet, verissimè dicitur, quòd non acquirat, quòd de suo nil diminuat, ac proindè, licet Liberi, in quorum gratiam isti lucro renunciat, indè locupletiores fiant, ipse tamen verè haud reddatur pauperior. Verùm Acquisitorum planè alia est ratio. Hæc enim, quod ipsa vis verbi arguit, confestim in bonis acquirentium sunt, neque aliter, quàm titulò Donationis, à conjuge in conjugem transferri possunt. Jungatur Galleratus, *de renunciat. centur. 1. renunciat. 97. num. 2. vers. non obstant.* Aliique quamplurimi relati à Giurba, *cit. loc. num. 16.* ubi benè de hoc disputat. Valascus, *consult. 135. num. 21.* ubi etiam diversitatis rationem adducit. Quid? quòd etiam talem lucri, Marito, per suæ Uxoris obitum, actualiter delati renunciationem, in damnum Creditorum nullatenùs admittat Benedict. Carpzovius, *Dec. 161.* & Joh. Brunnemannus, ad *L. 26. num. 4. d. bon. libertor.* ubi videsis quas illi Rationes adducunt. Addantur plures alii, circa istum articulum diversissimè sentientes, quos prolixo catalogo recenset Rocca, *Sel. Jur. Dissp. vol. 1. cap. 49. num. 71. & plur. sqq.* Hector Capycius Latro, *Dec. Neapolit. 197. num. 43.*

§. LXVIII.

Verius igitur arbitramur, quòd, si Conjux gravi ære alieno sit obrutus, & præcipuè Maritus, qui indubitatò acquisitorum verum habet dominium, ipse, in præjudicium suorum Creditorum, talia lucra Conjugalia jam verè acquisita, & in uniuscujusvis Conjugum dominio existentia, neque Liberis communibus, vel Privignis, aut propriis, per actum aliquem inter vivos, neque etiam suo Conjugi, per modum Legati, vel mortis causa donationis, efficaciter & validè relinquere possit; sed hujusmodi Legatum ipso jure sit nullum; per satis apertum de talibus textum in *L. 15. Cod. de legat.* &, si animus fraudulentus, ex parte Conjugis, Acquisitis inter vivos renunciantis, probari possit, licet Conjux, vel Liberi fraudis non sint participes, etiam actio Pauliana locum sortiri queat; juxta text. in *L. 6. §. 13. ff. de his, quæ in fraud. Cred.* Colleg. Jurid. Argentorat. ad *d. modò tit. §. 7.* Quomodò etiam Dd. passim tradere videmus, quòd renunciatio lucrorum quidem quærendorum, & Conjugis patrimonio nondùm incorporatorum, in gratiam & commodum

Con-

Conjugis facta, Creditoribus noceat, neque etiam ab illis, quibus Legitima ex bonis Conjugis, seu Mariti, seu Uxoris, renunciantis, debetur, ullo modo impugnari queat: Sanchez, *d. lib. 6. Disp. 5. num. 10.* In perfectè verò acquisitis Conjux neque Creditoribus suis, Garsias, *de acquaestu conjug. n. 148.* Heeser, *d. Loc. 16. n. 153.* neque suo Parenti, Garsias, *d. l.* Heeser. *ibid. num. 154.* Lopez. *d. §. 63. num. 5. & 6.* Guttierrez. *d. Q. 127. num. 3. & 4.* nec item Liberis ratione ipsis debitae portionis Legitimae, Gutierrez. *d. num. 4.* Garsias, *d. l.* Sanchez. *d. num. 10.* nec denique Fisco, si Bona Conjugis ità renunciantis sint confiscanda, vel eidem gravis mulcta solvenda foret, tali renunciatione praejudicare possit; post Ayoram, Gutierrez. *d. l.* Molina, *d. Disp. 435. num. 10.* Sanchez, *de matrim. lib. 6. Disp. 5. num. 10.* Scobar à Corro, *de purit. Sang. part. 1. Q. 7. num. 22.* Alphonsus de Olea, *de cessione jur. & act. tit. 2. Q. 3. num. 22. & 23.* post Riminald. Pelaez. Montier. Sesse, Gomez. Fontanellam, Giurba, *d. cap. 1. n. 16. vers. At si radicatum.* Garsias, *de Acq. Conjug. num. 148.* Adde Dn. Lauterbachium, *de Soc. Bb. conjug. cap. 6. §. 1.* Mieres, *part. 4. Q. 23. n. 125. & 152.* Novarium in *addition. ad Vincent. de Franchis. Dec. 101.* Kizel. *d. lit. i.* Addantur quoque Domini Antecc. Tubing. in proximè laudato Responso Hällensi, de Anno 1677. ibi: *Nec in fraudem Creditorum. suprà §. 61.*

§. LXIX.

Quodsi Conjux in commodum alterius Conjugis, adhuc stante conjugio, tùm jamjam acquisitis, tùm adhuc acquirendis lucris renunciaverit, arbitramur, ejusmodi renunciationem, quoad jam acquisita, tanquàm donationem inter Virum & Uxorem pro nulla habendam, demùm ex subsecuta renunciantis Conjugis morte convalidari; Quoad lucra verò ab istius renunciationis tempore adhuc adquirenda, passim quidem Dd. sic sentire videmus, quòd renunciatio valida sit; eò quòd conjuges ità nihil alienent de suo patrimonio; sed tantùm non acquirant; &, sicuti Pater suo Filiofamiliàs usumfructum remittere; ità etiam Conjux in gratiam Conjugis, constante Conjugiò, adhuc adquirenda benè cedere valeat. Giurba, *d. l. num. 14. & sqq.* Herbajus, *Rer. quotid. cap. 17. pag. 249.* Heeser. *d. Loc. 16. num. 145. & 146.* ubi, cum multis aliis ab ipso laudatis, de validitate constante

 con-

conjugio factæ renunciationis adhuc acquirendorum, (imò & acquisitorum) nullatenùs dubitat. Quibus etiam consentiunt Alvarus Valascus, *dicta consult.* 103. *num.* 29. & *cons.* 135. Lopez. *d. tr.* §. 47. *n.* 19. & §. 63. *n.* 2. Suarez. *tit. de las Ganancias, n.* 24. & 55. Pelaez. *de major. part.* 4. *Q.* 23. *n.* 60. Garsias, *de acq. conjug. n.* 147. Sol, *de Bon. const. matrimon. acquis. Q.* 25. Gratian. *Discept. forens. cap.* 132. *n.* 19. Gutierrez, *d. Q.* 126. *n.* 5. Gomez. *ad L. Tauri.* 5. *n.* 66. Caldas, *ad L. Si curatorem. gloss. Sua facilitate. n.* 7. *Cod. de restit. in integr.* Sanz. *de divis. bonor. lib.* 2. *cap.* 16. *n.* 2. Boërius, *Dec.* 244. *n.* 2. sed tamen nec hoc, præcipuè quatenùs de propriis Conjugis renunciantis Creditoribus quæritur, absque dubitatione procedere, contendit Ludov. Molina, *d. Disp.* 435. *num.* 10. ubi dicit: Quòd, cùm Lucra adhuc acquirenda, quoad medietatem, utrivis Conjugum verè debita sint ex causa contractus Societatis ipsos initi, proindè nec talis renunciatio Creditoribus præjudicium causari queat: non obstante *L.* 6. *ff. d. his, quæ in fraud. Credd.* quam ipse ad ea, quæ debentur ex contractu, non existimat pertinere: Contra quod tamen etiam videri possunt ea, quæ de renunciatione lucri dotis ex pacto debiti disputat Paulus Galleratus, *de renunciat. cent.* 1. *renunciat.* 97. post plures, Berlichius, *d. Dec.* 114. *num.* 3. 4. præprimis verò *num.* 7. ubi dicit, rationem Edicti, quæ in fraud. Credit. non in eo consistere, quòd aliquid alicui ex contractu debeatur; sed in hoc, quòd debitoris patrimonium non diminuatur. Adde tamen & illa, quæ in simili tradit Bened. Carpzovius, *d. Dec.* 161. *num.* 23. ubi dicit, quòd etiam remissio juris alicui quæsiti donationem involvat; per *L.* 23. ubi in specie de usurarum in futurum debendarum remissione Modestinus hoc enunciat, *de donation. L.* 1. *ff. de transact.* Quibus gemina exhibet Christianus Rodenburg, *de jure conjugum, tit.* 2. *cap.* 4. §. 20. ubi scribit, quòd, licet patrimonium non dicamur diminuere, quando occasione acquirendi non utimur; Jus tamen ipsum, ad consequendum illud Lucrum, jam acquisitum sit, cui si Uxor renunciat, ipsa utique de suo Marito quid donet: cùm, quicunque Actionem de bonis diminuit, vel Jus ex contractu remittit, de patrimonio diminuisse videatur. *L.* 1. §. 7. *ff. si quid in fraud. patr. L.* 1. §. 5. *de donat. int. Vir. & Uxor.* Vide etiam Roccam, *Select. Jur. Dispp. vol.* 1. *cap.* 49. *num.* 71. ubi docet, Maritum Lucro Dotis, ex Statuto, sibi jamjam delato benè renun-

nunciare posse, tàm in beneficium suæ Uxoris, cùm ipse, hôc modô, non reddatur paupérior, quàm & in præjudicium suorum Creditorum, quippe qui non fraudentur hâc renunciatione; prout etiam decidit Menochius, *conf. 1220. num. 19.* Surdus, *consil. 116. num. 79. cum sqq.* & *Decis. 140. num. 18. vers. Et in jure delato.* Cardinal. de Luca, ad *Vincentii de Franchis Decis. 101. num. 27.* Massin. *de confiscat. bonor. Q. 36. num. 37.* Joseph. de Sesse, *Decc. regn. Aragon. 127. num. 28.* Molfes. *ad Consuetud. Neapol. tit. de renunciation. Q. 6. num. 47.* Carena, *Resol. 202. num. 11.* latè Molinus, *de ritu nuptiar. lib. 3. Q. 49. num. 21.* Costa, *de remed. subsidiar. prælud. 1. num. 21.* Castillo, *controvers. lib. 5. cap. 112. num. 42. vers. Ultra relatos.* Cavalcanus, *de usuf. mulieri relicto, num. 187.* Sed de his plura videri possunt in suprà deductis.

§. LXX.

Et ex hactenùs deductis judicatu proclive est, quid etiam de illa disquisitione sentiri debeat: Si talibus in locis, in quibus Dominus, der Leib-der Halß-Herr / suo Homini proprio, seinen leibeigenen Leuthen / ex asse, vel pro parte succedit, vel etiam certam pecuniæ quantitatem ex hereditate defuncti hominis proprii decerpit, Fœmina quædam, ei Proprietatis nexu devincta, libero homini nubat, & Acquæstui conjugali, ex Loci Statuto ad illam spectanti, expressè renunciet, anne Dominus, si posteà illa Mulier moriatur, non obstante tali Pactô, partem illam Acquæstûs, quæ, in casu non factæ renunciationis, mulieri deberetur, in totum, vel tantum, prætendere valeat? Tametsi enim Henricus Bohic. generaliter hoc affirmet, eo quòd Partes, in Domini præjudicium, non possint Legi, vel Consuetudini renunciare; ad *Cap. Requisisti. X. de testam. in fin.* tamen hoc non ulteriùs arbitramur procedere, quàm quatenùs de Lucris jamjam acquisitis, quibus Fœmina propria, per tempora Conjugii durantis, renunciat, cùm illa, hôc modô, ex suô patrimoniô, cum indeclinabili sui Domini præjudicio, reverà deponat, dimittat, & resecet; per superiùs firmata. Sed quatenùs hæc Q. de Lucris adhuc adquirendis formatur, verbî grat. si talis propria Mulier in tabulis Sponsalitiis, vel primis, à die matrimonii perfecti, diebus aut mensibus, confectis Pactis, Ac-

quæstui

quæstui renunciet, hîc, insuper habitô tùm dictô *Capit. Requisiisti.* tùm *Capit. Tua nobis. X. de testam.* verius nobis videtur, quòd hæc Renunciatio à Domino nullatenùs infringi possit: Eo quòd Domino, tempore initi talis Pacti, nullum adhucdùm quæsitum sit Jus, ac proindè nec ullum ipsius præjudicium, eô tempore, subsit. Neque, talibus in casibus, actionem Favianam Patrono olim competiisse, expresè nos edocet JCtus in *L. 1. §. 6. ff. si quid in fraud. Patron.* Neque obicem ponit *Lex 26. ff. de bon. libert.* nec *Lex 45. ff. de jure fisc.* per ea, quæ habet laudatus Struvius, *d. Diss. de act. Pauliana*, §. 2. & 12. latissimè Rocca, *d. cap. 49. num. 111. & mult. sqq.* Ex quo ità in terminis Bartholomæus Chassanæus: Pone, inquit, quòd Mulier franca, nubens cum homine manus mortuæ, fecerat Pactum cum Marito, in contractu matrimonii, quòd nihil habebit in bonis mobilibus & acquæstibus; quod est contra consuetudinem positam suprà in *tit. des droits & appartenances à gens mariés. §. Femme mariée au duché de Bourguogne.* Postmodùm moritur dicta mulier, cui succedit Dominus, an habebit medietatem Mobilium & Acquisitorum, non obstante prædictâ conventione? Henric. Bohic. tenet, quòd sic &c. Ego teneo totum contrarium; eo quòd tempore contractûs nullum jus est quæsitum Domino, scilicet tempore Renunciationis. Ergò possunt renunciare. *L. penult. Cod. de pact. §. Si verò. in Authent. de hered. & Falcid.* quod quidem tempus inspicimus in Contractibus; & ideò nullum est præjudicium. Nec obstat *Cap. Requisiisti.* & *Capit. Tua nobis. X. de testam.* quia illud favore animæ & Ecclesiæ, ut ibi dicitur. ad *Consuetud. Ducat. Burgund. rubr. 9. §. 8.* ad verba: *Apres le deces. §. quæro de hac quæstione, num. 6.*

§. LXXI.

Dissoluto Conjugio seu per Conjugis obitum, seu per Divortium, quin superstes in gratiam liberorum defuncti, vel quondam Conjugis parti, sibi, ex lucris, illo stante acquisitis, debitæ, validè renunciet, non est, quod dubitemus. Nam cùm talis Donatio sit eorum bonorum, quorum etiam Vidua omninò completè & perfectè est Domina, perindè de illa haberi debet, ac de alia quacunque, à Vidua, de propriis facultatibus factâ. Molina, *d. Disp. 435. num. 11.* Heeser, *d. Loco 16. num. 144.* ibi: *Vel finito matrimonio.* Sol. *d. Q. 25. num. 7. vers. Postremò.* Gutierrez, *d. Q. 126. num. 1.* Gomez *d. l.* Palat. Rub. *d. §. 63. num. 1. & 2.* Covarruv. *de sponsal. part. 2. cap. 7. §. 1.*

§. 1. *num.* 11. Lopez. *de lucro mar.* & *ux. cap.* 7. *num.* 2. Sanz. *de divis. bonor. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 26.

Sed si ipsamet Vidua, vel ex primo Matrimonio, vel secundum Conjugium præcedente viduatu, Creditores, quibus ipsamet obstricta, haberet, talis renunciatio, in ipsorum præjudicium, nullius momenti foret; per proximè firmata, juncto argumento à Minori ad Majus. Videat. in simili Bened. Carpzovius, *d. Dec.* 161. *num.* 28. ibi: *Num repudians bona, quæ jam possidet,* &c.

§. LXXII.

Illud superfluum ducimus monere, quòd, quibus in casibus Conjux, in gratiam sui Conjugis, Liberorum, vel Cognatorum, Lucris connubialibus, seu acquirendis, seu acquisitis, validè renunciat, vel in totum, vel pro parte, iis renunciare queat; ut videre est apud Gutierrez. *d. Q.* 126. *num.* 5. ibi: *Lucrorum* omnium *bonorum quærendorum, vel jam quæsitorum, vel* particulari *certæ alicujus rei, vectigalis, vel negotiationis,* &c. Molinam, *de Just.* & *I. tr.* 2. *Disp.* 435. *n.* 1. ibi: *Sive ex parte.* Garsiam, *de A. C. num.* 147. ibi: *Pactum generale & particulare.*

Imò quòd tale Pactum etiam de unico Castro, vel Prædio, inter Conjuges ità iniri possit, ut, si maritus illud emere velit, Uxor ei promittat, se nihil de illo participare velle, decidit Suarez, *d. tit. de las Ganancias, num.* 24. Peckius, *de testam. conjug. lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 3. Heeser. *d. loco* 16. *num.* 146. Addat. Lopez, *de lucro mar.* & *uxor. cap.* 7. *num.* 1. Molina, *d. l.* ubi plura videre est. Vide tamen Castill. ad *L. Tauri.* 60. *num.* 3. Thom. Sanchez, *de matrimon. lib.* 6. *Disp.* 5. *n.* 2. *in fin.* Si verò lucris simpliciter fuerit renunciatum, tunc quòd etiam fructus collatorum bonorum, alioqui communes, per notata Barbosæ, ad *L.* 1. *p.* 1. *num.* 32. *vers. Accedat. ff. sol. matr.* Sanz. *de divis. bonor. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 17. post. Lopez. Montalv. Ayoram, & alios, Josephi Velæ de Orenna, *Dissert. jur. controv.* 2. *num.* 67. post plures B. Dn. Lauterbachii, *de Societ. Bb. conjug. cap.* 4. §. 12. communes esse desinant, advertit Matiencius & cum illo laudatus modò Vela de Orenna, *cit. loc. num.* 68.

§. LXXIII.

Quantum ad illam Acquæstûs Conjugalis renunciationem, quan-

 do

do Uxor, vel Vidua, in ſui ipſius favorem renunciat, ut nimirum ab onere debitorum ſocialium, (Ad alia namque, à ſuo Marito contracta debita, ipſam neutiquàm teneri, plena manu demonſtrat Dn. Lauterbach, in *tract. d. ære alieno, in S. C. contracto, per integr.*) ſemetipſam exoneret, de hac, Primò, notandum, quòd illis in locis, ubi univerſalis, in ſpecie ſic dictá, Bonorum Societas inter Conjuges contrahitur, Uxor non ſolùm toti conjugali Acquæſtui; ſed & omnibus reliquis communibus bonis, adeòque, ſi concurſus Creditorum excitetur defunctô maritô, toti domui Mortuariæ, dem gantzen Sterb-Hauß / & in illa contentæ bonorum maſſæ, renunciare cogatur, ſic, ut Domô Mortuariâ exire teneatur absque palla & calantica, ſolô quotidianô amictu induta. Abrah. à Weſel, *de connub. Bb. Societ. tract.* 2. *cap.* 3. *num.* 129. ubi ità in Hollandia & finitimis Provinciis ſervari recenſet. & *num.* 141. ubi ſcribit, Ultrajecti & in reliqua Vicinia talem Fœminam omnem ſubſtantiam teneri deſerere, veluti colubrum depoſitis exuviis. Quod & Juri Lubecano convenire oſtendit ex *lib.* 1. *tit.* 1. *art.* 10. David Mevius, *p.* 1. *tit.* 5. *art.* 7. *num.* 87. ibi: *Niſi renunciatione & ceſſione omnium bonorum.* & Brugis receptum refert Jodoc. Damhouderius, in *Praxi rer. Civil. cap.* 18. *num.* 21. Sed & illis in locis, ubi, præter Acquæſtus, etiam mobilium tempore initi matrimonii collatorum Bonorum communio contrahitur, ut de Burgundia refert Chasſanæus, *d. rubr.* 4. §. 2. *in princ.* & ad verba: *Eſt participante.* Griveli. *Dec. Dol.* 13. *num.* 1. nec non de Bourboniæ, Aurelianenſium, & totius ferè Galliæ Conſuetudine, D. Lauterbach, *de Societ. Bb. conjug. cap.* 1. §. 6. iſta renunciatio conſimiliter, pro Objecto, non ſolùm acquiſita; ſed & omnia communia mobilia habet. Grivellus, *d. Dec. num.* 2. Chaſſan. *d. rubr.* 4. §. 19. ad verba: *Et avec ce ne prendra. in fin.* ubi ſcribit, ſe credere, talem Fœminam privari Acquæſtibus & Mobilibus. Argentræus, ad *Conſuet. Britann. art.* 413. *gl.* 2. Chriſtin. *Vol.* 1. *Dec.* 206. *num.* 13. ibi: *Et perindè etiam Mulier, mortuo Marito, tenetur renunciare cõmunioni conſuetudinariæ* mobilium & conquiſitorum, *ſi evitare velit onus æris alieni.* Papon. *in Corp. Jur. Francici, lib.* 15. *tit.* 2. *arreſt.* 1. Hinc & talibus in locis iſta renunciatio, conjugalium quæſtuum & mobilium repudiatio appellatur. Choppin. *de morib. Pariſior. lib.* 2. *tit.* 1. *n.* 25. *in fin.*

§. LXXIV.

§. LXXIV.

Ubi verò hæc Societas est simpliciter bonorum, & tantùm ratione quæstuum contracta, ibi Fœmina soli quæstuum comunioni renunciare tenetur. B. Dn. Lauterbach, *de ære al. in S. C. contr.* §. 71. In hoc tamen Ducatu, si Vidua se, post mortem Mariti, ab Ære alieno eximere velit, oportet, ut non solùm Acquæstui conjugali omninò renunciet; sed & hæreditatem Mariti repudiet, nullamque ex illa portionem accipiat, ac proindè uno verbo suæ toti portioni statutariæ renunciet; arg. *Jur. Provinc. part. 4. tit. 4. & 5.* Besold. *ad Jus Provinc. Diss. 4. §. 26.* Wibel. *de contract. Mulier. cap. 5. num. 132.* D. Lauterbach, *dicto tract.* §. 72. D. Bardili, *de statutar. conjug. port. §. ult.* Id quod etiam in aliis Germaniæ Provinciis frequentari, elucescit ex Decisionibus Saxo-Coburgicis Dn. Rösleri, *Dec. 15. num. 111. & 119.* & ex Reformat. Francof. *part. 3. tit. 7. §. 3.* ibi: Im Fall das letzt-lebende den Beysäß bey den liegenden Güthern/ auch die fahrende Haab nicht behalten und annehmen; sondern sich deren entschlagen und darauff renunciiren und verzeihen wolte. Comitat. Solmens. *Jur. Provinc. part. 2. tit. 28. §. 7.* ibi: Daß Er auff den Beysäß und Helffte der fahrenden Haab verzeihen möge. *pag. 129.* Chur-Pfältz. Land-Recht. *part. 4. tit. 17. §. 1.* ibi: Da das letzt-lebende mit deß verstorbenen Güthern nichts zu thun haben wolte. Fürstl. Nassauische Land-Ordnung. *part. 4. cap. 15. §. 2.* cujus verba refert Heeser. *de acquæstu conjug. part. 2. Loco 16. n. 165.*

§. LXXV.

Undè, si in ejusmodi Civitate vel Provincia, in qua omnium bonorum Societas viget, primùm defunctæ mulieris hæres sola moventia & acquisita repudiare; sed èxcontra Muliebre patrimonium retinere velit, quæsitum fuit: An hoc indulgendum? Et cùm Creditores justissimè instarent, partem societatis aliam amplecti, & aliam respuere nemini licere; arg. *L. 4. d. leg. 2.* Vel enim toti Contractui standum, vel à toto discedendum: *L. 1. ff. d. rescind. vendit.* Atqui in Societate Universali in specie universarum fortunarum, res omnes, quæ coëuntium sunt, statim communicari; *L. 1. & sqq. ff. pro soc.* veriùs pronunciatum fuit, eo modo conceptam communionis repudiationem minimè esse ferendam; nisi etiam Maritus, in fraudem

Uxoris, manente Conjugio, sua Hæredia alienâsset. Tunc enim non quidem Creditoribus vinculum hypothecæ, uxoriis hærediis impositum, auferri; sed tamen Marito, ut Uxoris hæredem indemnem præstet, & immunem creditoribus debito jure, decidit Choppinus, *d. tit. 1. num. 25.*

Hinc item si Uxor bonorum quidem communioni renunciet; sed ècontra portionem statutariam reservet, quòd ipsa similiter sua obligatione eximatur haudquaquàm, tùm ex eô, quòd utique non debeat audiri, qui lucrum amplectitur, onus autem eidem annexum contemnit; *per L. un. §. 4. Cod. d. caduc.* tùm quòd publica utilitas, præsertim quæ in commerciis est, Statutum eâ nitens, eo modo, eludere haud patiatur; tùm quòd & bonæ fidei ipsorum paciscentium, & juri Creditorum talis pactitia Protestatio adversa sit, & ex aliis rationibus definit Mevius, *ad Jus Lubec. part. 1. tit. 5. art. 7. num. 83.* Hinc denique in Galliæ plerisque Provinciis, ubi non solùm acquæstuum; verùm etiam mobilium communio obtinet, non admittitur, ut Fœmina mobilibus renunciet, & Acquæstûs ècontra aliquam partem accipiat. Argentræus, *ad Consuet. Britann. art. 413. gl. 2. num. 3.* Plerumque enim debita ob Acquæstus contrahuntur; ut proindè iniquum sit, Uxorem Acquæstuum partem aliquam capere, quæ mobilibus renunciat.

Quæ contra hanc Lucrorum, & in Gallia Mobilium, amissionem disputat Chassanæus, *ad Consuet. Burgund. rubr. 4. §. 20.* ad verba: *Et avec ce ne prendra, &c.* cùm totam hujus renunciationis æquitatem, justitiam, & basin subruant, nihil ultrà laboris, quàm ut hìc notarentur, arbitramur mereri.

§. LXXVI.

Formalis Ratio, & Differentia Specifica, qua hæc Acquæstuum Renunciatio à tot aliis Renunciationibus differt, partim ab Objecto, partim Fine dependet, & quatenùs quidem de illa quæritur, quæ in gratiam alterius Conjugis fit, in eo consistit, quòd alter Conjunx, Lucris connubialibus, eô fine renunciet, ut vel ipse, vel etiam illius Liberi, ex priori, aut eodem illo thoro oriundi, aliive Cognati, illis, in suum commodum atque emolumentum utantur, fruantur, aliosque circa illa, dominici juris effectus exerceant; ipsô renunciante, ab iisdem in totum, vel pro parte, exclusô.

Et

Et quatenùs Conjunx in sui ipsius favorem renunciat, quòd per illam Acquæstui connubiali vel soli, vel juxta cum aliis commodis, eo fine, per Conjugem renuncietur, ut ipsa ab Ære alieno sociali, per Maritum contracto, omnimodò liberetur; dem Schulden-Last dardurch zu entfliehen / ut loquitur Reformatio Francofurt. *part. 3. tit. 7. art. 5.* Joh. Grivell. *Dec. Dol. 114. num. 33.* ibi: *Ut ab onere æris alieni se eximat.* Anton. de Gamma, *Decis. Lusitan. 366. n. 6.* ibi: *Ad evadendam istam obligationem solvendi debita pro parte sua, et, pro Societatis diversa natura, suam Dotem & alia illata recuperet.*

§. LXXVII.

Ad Formam illius accidentalem referimus, primò, Tempus, quòd videlicet illa, quæ à Conjuge in alterius comodum fit, tùm ante Conjugium perfectè initum, tùm &, quoad Acquirenda, ex communissimâ DD.rum sententiâ, constante conjugiô, tùm denique illô, seu per divortium, seu per mortem solutô, fieri possit; quæ singula ex hactenùs deductis patent.

Pariformiter quòd & illa, quâ Uxor in suiipsius favorem, & ad se liberandam ab ære alieno sociali, renunciat, non saltem Conjugiô, seu per Divortium, seu per mortem solutô; sed & illô constante, fieri queat, ratio ordinis desiderat, ut hîc addamus. De casu quidem matrimonii soluti res planissima est, & omnes hinc indè Doctores loquuntur. Abrah. à Wesel, *d. tract. 2. cap. 3. num. 129.* ibi: *Post viri obitum.* Nicolaus à Valla, *d. reb. dub. tract. 13. num. 10.* ibi: *Quid ergò si renunciet Uxor Societati post mortem mariti?* Christinæus, *Belg. Decis. vol. 1. Dec. 206. num. 13.* ibi: *Etiam mulier mortuo marito.* & *Dec. 209. num. 6.* ibi: *Mulieri superstiti.* Grœneweg. *ad L. 30. num. 3.* ibi: *Soluto matrimonio bonis acquisitis renunciat. Cod. de jure dot.* Heefer. *d. loco 16. num. 158.* Domini Antecessores Tubing. apud Besold. *consil. 92. num. 8.* Christenius, *de causis matrimonial. Diss. 4. Q. 33. pag. 525.* Lopez. *de lucris mar. & uxor. cap. 7. num. 2.* B. Dn. Bardili, *de statutar. conjug. port. §. ult.* ibi: *Præmoriens.* Dn. Lauterbach, *d. §. 71. num. 3.* ibi: *Verbi grat. mortuo marito.*

§. LXXVIII.

Sed utrum hujus generis renunciatio, etiam vivo marito, & constante conjugio fieri possit? plus dubitationis habet. Chassanæus

næus hoc aliis meditandum commendat; sed tamen simpliciter affirmandum existimat, ad *dd.* verba: *Faire la renonciation. num. 1.* A cujus sententia non videtur alienus B. Lauterbachius, *d. §. 71. n. 4.* Nobis, si ista Q. in talibus terminis proponatur: An Uxor, in casu, quô ipsius Maritus vel ipse ad concursum Creditorum provocat, vel bonis cedit, vel, ipso absente, aut latitante, Concursus ab ipsius Creditoribus excitatur, Lucris connubialibus renunciando, sese debitis exuere, &, pro natura societatis, moribusque locorum, suam dotem & reliqua peculiaria repetere possit? affirmando respondendum, suffragante vel ipsô Fori quotidianô usu, omninò videtur; arg. *L. 24. sol. matrim. L. 29. Cod. de jur. dot.* & eorum, quæ tradit Andreas Kohl. *ad Const. Marchic. Q. 5. num. 5.* Quòd enim in casu, quando Maritus ultrò ad miserabile Cessionis bonorum beneficium provocat, ipsius Uxor ad debita Socialia, seu ex causa familiæ & in Societatis utilitatem contracta, pro semisse solvenda, haud præcisè possit adigi, plus quàm evidentissimè ex eô patescit, quòd in hujus Ducatûs Jure Provinciali expressè disponitur, daß von des Manns Cession und Abtrettung befreyet seyn sollen deß abtrettenden Schuldners Haußfrauen Kleider / Kleinodien / und was zu ihrem Leib gehört / auch was ihr zugebracht Heurath-Guth / Morgengab / so fern Sie anderst an ihres Manns Verderben unschuldig. in *part. 1. tit. 76. §.* Nicht weniger sollen auch. Si ergò, in casu cessionis à Marito factæ, ejus innocens uxor, alles / was von ihr herkommen / sive omnia sua bona in Societatem conjugalem illata repetere potest, und solches alles von der Cession befreyet seyn solle / seu, ut loquitur Besoldus, *ad d. tit. 76. num. 57.* si bona uxoris salva esse debent, & hoc quidem absque ullo inter Mariti Creditores discrimine, sive nempè Maritus cum illis in propriam suiipsius, sive totius familiæ utilitatem contraxerit; quid obstet, quo minùs & in cæteris casibus, quando nempè Marito fugitivo, vel aliter inter suos latitante, Creditorum concursus & Processus edictalis inter illos formatur, militante rationis identitate, idem pariter adseramus? cùm præcipuè inter Creditorum concursum, & bonorum cessionem parum admodùm interesse advertat Franciscus Salgado de Somoza, in *Labyrintho credd. p. 1. cap. 1. num. 50. & seqq.* Dn. Stryke, *de civit. obarata, cap.*

4. *num.* 44. & *seqq.* Et quòd utique Uxor, in omnibus his casibus, mediante hujusmodi renunciatione, se ab omnibus Creditoribus excutere possit, ex *d.* §. Nicht weniger sollen auch / &c. planissimum redditur. Quàm certum enim est, quòd ipsimet Debitori suam congruam vestem, ein ziemlich Kleid an seinen Leib / & ad suum opificiũ necessaria instrumenta, sein nothwendiger Schaff- und Werckzeug / relinqui oporteat; & quòd etiam ejus Liberis, omnia ipsis affecta & propria bona salva esse oporteat; tàm certum & hoc est, quòd in nostro Ducatu, aliisque eòdem, circa Societatem Bonorum conjugalem, jure nobiscum utentibus Locis, etiam Uxor, Acquæstui renunciando, suam Dotem, & reliqua à sese Illata etiam concursui maritalium Creditorum subducere valeat; ut ex verbis, Nicht weniger / in *d. tit.* 76. *pag.* 219. quæ haud dubiè Juris paritatem important, arg. eorum, quæ tradit Besold. in *Thes. pract. voce.* Gleicher Gestalt; nec non ex bonorum ad liberos pertinentium, cum bonis uxoris, in *d.* §. apertissimè facta æquiparatione manifestè liquescit. Æquiparatorum enim in eo, in quo à Statuto vel Lege æquiparantur, eadem est ratio, eadem dispositio. *l. 1. d. leg. 1. ibiq.* Dd. post alios Wehnerus, in *Obs. pract. voc.* dergestalt. *in fin.* Barbosa locuplet. *lib. 3. cap. 8. axiom. 7.* Imò, cùm Sereniss. noster LLator istum unicum casum, Wann das Weib an des Mannes Verderben schuldig ist / in *d.* §. à Regula excipiat, vel ex hoc dispalescit, quòd Uxor, in omnibus cæteris, quos diximus, casibus, vivô quoque Maritô, lucris renunciare, sicque sua illata eripere valeat. arg *l. 1.* ubi omnes Dd. *de Reg. Jur.* Barbosa, *voc. Casus. ax. 8.* Idemque Statuta Reipublicæ Ulmensis disertè cavent in *part. 1. tit. 9. art. 1.* ibi: Mit Tod verfahren / oder Schulden halber entwichen: & *art. 4.* ibi: Wann Beede Ehegemächte noch im Leben; aber das Eine / oder sie Beyde / Schulden halber / entwichen / und außgetretten wären / oder je nicht zu bezahlen hätten. Item in *tit. 19. art. 2.* Nec non Reformatio Francovadana, *part. 3. tit. 7. art. 21.* verbis: Solches wollen Wir auch auff den Fall / da noch bey Leben des Manns die Creditores, der Bezahlung halber / länger nicht warten wolten; sondern auff dieselbige tringen würden / verstanden haben. Statuta Hamburg. *lib. 2. art. 10. tit. 5. ibi*: Nach ihres Manns Tod / oder nach deme Derselbe entwichen.

§. LXXIX.

§. LXXIX.

Sed utrum Uxor, etiam extra tales casus Concursus, vel Cessionis Bonorũ, vel cum vel sine Mariti cõsensu, Acquæstui conjugali, constãte matrimonió ità renunciare queat, ut ipsa, in omnem sinistrum eventum, ab impetitione Creditorum mariti immunis evadat? altioris indaginis disquisitio est. Dicimus: Stante conjugio. Nam si ante matrimonii perfectionem tale Pactum sit initum, quòd nulla omninò in futuro Conjugio bonorum debeat communio esse; sed quilibet sua, extra usum promiscuum, separata retinere, &, quicquid Uxor confert, solutô conjugiô salvum ad ipsam redire, nec illa vel quicquam ex quæstu Mariti partiri queat, vel pro debitis ipsius obstricta esse debeat, tunc utique nostra hæc renunciatio, quâ Uxor à Debitis socialibus se eximit, nulli usui esse poterit. Jungat. Wesel, ad *Novellas Ultrajectin. art. 6. num. 15. & sqq.* Mevius, ad *Jus Lubec. part. 1. tit. 5. art. 7. num. 81.* Christenius, *de caus. matrimonial. Diss. 4. Q. 33. pag. 524.* Et si etiam hoc Pactô antenuptiali conventum fuerit, quòd Uxori sua Dos semper salva esse debeat, datâ præterea eidem optione, quâ, post obitum Mariti, lucris connubialibus renunciare, & simùl maritali æri alieno se eximere possit, tunc & illud pro valido habendum erit; juxta ea, quæ ex Grotio, Neostadio, & Coren. observat Wesel, ad *Novellas Ultraject. art. 6. num. 39.* Groenewegen, ad *l. 30. num. 3. Cod. de jure dot.* Ubi quidem, hôc ipsô, quòd Uxor optionem sibi reservat, ut vel, dote sibi salvâ, lucris renunciare, vel illa amplecti sibi integrum sit, ipsa, si quidem res familiaris aucta sit, Acquæstum amplecti; sin secùs, eundem, receptâ Dote, derelinquere poterit; post Radelant. *Dec. 84. Q. 1.* Christinæus, *vol. 3. Dec. 51. num. 2.* Idem ad *LL. Mechlin. tit. 16. art. 22. in addition. vers. sed quæri potest.* Chassanæus, ad *Consuet. Burg. rubr. 4. §. 9. num. 1. & seqq.* post alios, Wesel, *de connub. bonor. societ. tract. 2. cap. 1. num. 96.* Addant. quæ habet Damhouder. in *praxi rer. civil. cap. 18. num. 20.*

§. LXXX.

Sed quòd, stante Conjugiô, extra tales, quos proximè notavimus, casus, Uxor communioni lucrorum conjugalium renunciare non possit, vel ex eo quis dixerit, quòd, ex quo bonorum ærisque alieni communio inter conjuges vigere cœpit, Creditoribus, quibus semel jus indè quæsitum, contraria conventio obesse non pos-

sit.

ſt. *L. 25. Cod. de pact.* Grœneweg. *tract. de LL. abrog. ad L. 11. Cod. ad SC. Vellej.* poſt Grotium & Carpzovium, Weſel, *cit. loc. num. 87.* Mevius, *d. l. num. 85.* In contrarium verù illud valdè facere videtur, quòd, ex illimitatâ B. Lauterbachii traditione, illa connubialis bonorum Societas, etiam ſtante Conjugio, Conjugum conventione rurſùs diſſolvi queat: *tr. de Societ. Bb. conjug. cap. ult. §. 1.*

Quid ergò? Nobis, ſalvis melioribus, ità videtur, quòd, ſi quidem de illis quæratur Provinciis, in quibus inter conjuges univerſalis, in ſpecie ſic dicta, communio viget, ut de Belgicis Provinciis teſtatur, ex Grotio, Johannes Chriſtenius, *d. Diſſ. 4. Q. 29.* & de pluribus aliis ſuperiùs retulimus in *§. 11. pag. 16.* tunc nec mutuâ Conjugum conventione, ipſa tota bonorum communio diſſolvi, nec per connubialium Acquiſitorum Renunciationem quicquam effici queat; per tradita Mevii, *d. tit. 5. art. 7. num. 85. & ſqq.* neque aliter, quàm demùm defunctô maritô, per renunciationem & ceſſionem omnium Bonorum, Uxor, ab oneroſis talis Societatis effectibus liberari queat; ut de Jure Lubecano ſtatuminat Mevius, *d. l. num. 87.* & latiùs *lib. 3. tit. 1. art. 10.* Si verò de talibus quæratur locis, ubi iſta Societas eſt ſimpliciter bonorum, tentabimus, annon diſtingui poſſit: An illô tempore, quô Conjuges pactum ineunt, quòd uxor tùm de acquæſtu conjugali nihil participare, tùm ab omni moleſtia & perſecutione Creditorum Mariti immunis eſſe debeat, Æs alienum ſociale jam contractum ſit, nec ne? Si poſterius, non videmus, quid pacto tali diſſociativo, in ordine ad futuros creditores, obeſſe queat, cùm utique, hôc modo, nullum Jus Creditorum, ceu adverſus uxorem nondùm quæſitum, læſum poſſit intelligi; ſed tantummodò occurratur juri illis quærendo, & ſic præpediatur, ne jus contra Uxorem acquiri poſſit. Quodſi tamen, eô tempore, jam aliqua lucra quæſita eſſent, horum renunciatio, ceu vera in ordine ad Maritum donatio, non antè, quàm mortuâ Uxore, valebit; per hucusque firmata. Ac proindè, ſi uxor marito ſupervivat, & ipſa hanc quæſtuum renunciationem damnoſam ſibi videat, eandem pro lubitu retractare licebit: per *Cap. ult. de donat. int. Vir. & Uxor. L. 32. §. 3. cum ſqq. ff. L. 1. L. 10. L. 24. L. 25. Cod. eod.* invita verò à Mariti Creditoribus, quibus ille demùm poſt iſtam Uxoris renun-

ciationem obstrictus fuit, ad retractandam hanc Renunciationem compelli potest neutiquàm. Sin verò Prius; tunc si quidem nullus hactenùs Quæstus fuerit comparatus, nihil obstat, quo minùs Uxor Quæstuum futurorum communioni, etiam in præjudicium Socialium Creditorum, stante licet conjugiô, efficaciter renunciet; per superiùs deducta. Si verò ab ipsa, tàm Lucris jamjam eô tempore acquisitis, quàm adhuc acquirendis renuntietur, tunc ista Lucrorum jam quæsitorum renunciatio, neque damnum NB. Uxoris propriis creditoribus, per *tot. tit. d. his quæ in fraud. credit.* Garsias à Saabedra, *de acquæstu conjugali, num. 148.* Dn. Lauterbach, *de Societ. Bb. Conjug. cap. ult.* §. *1.* Addat. Argentræus, *ad Consuet. Britann. art. 415. gl. 1. num. 4.* ibi: *Pro debitis ante contractis nulla mulier possit effugere, quo minùs in mobilia & acquæstus, &c.* neque etiam socialibus seu communibus Creditoribus, inspectô effectu, causari poterit: Ut proindè nec tales Sociales Creditores (In Uxoris enim propriis Creditoribus quid obtineat? deduximus suprà in §. *68. & 69.*) hanc Renunciationem, sub ullo prætextu, infringere valeant: Cùm omnia debita, ob societatis causam contracta, ante omnia ex Acquæstibus exsolvi oporteat; arg. *L. 27.* ibi: *Omne æs alienum de communi solvendum. ff. pro soc.* Fürstl. Würtemb. Land-Recht. *part. 4. tit. 4* §. Nemlich. ibi: Von dem gemeinen errungenen und gewonnenem Guth. Lauterbach, *de ære alieno in S. C. contracto,* §. *49. & sqq.* & his ipsis in terminis Ludov. Molina, *d. Disp. 435. num. 10.* & utique si Uxor, matrimonio soluto, Lucris renunciare potest, ubi tamen ejus Jus jam longè robustiùs, quàm durante adhuc Marito soli competenti illorum Administratione, convalidatum est, ei multo magis idem juris constante conjugio modis omnibus competet. Et in ordine ad Maritum, quòd illius validitas à futuro eventu, si nimirum ante mortem non revocetur, in totum dependeat, patet ex præcedentibus. In summa hujusmodi renunciatio, per tempora constantis matrimonii facta, Uxori nec obest, nec ulteriùs prodest, quàm si ipsa vel obitum obærati Mariti, vel bonorum cessionem, vel concursum ab ipso, aut ipsius Creditoribus excitatum expectaret. Nam & illam, uti diximus, tametsi per modum Pacti factam, tanquàm Donationem, semper liberè revocat; &, quamdiu Mariti Creditores quiescunt, saltem

ità,

irà, ut nullus excitetur concursus, ipsa hôc beneficiô non opus habet; præterquàm quòd etiam in particulari Creditorum concursu, de quo Franciscus Salgado de Somoza, in *labyr. Credd. part. 1. cap. 4. §. 1. n. 30.* imò planè si vel unus majoris summæ creditor, & rigidus exactor, maritum ad solutionem executivè urgeat, ipsa pariter ad salvanda sua Illata, ad hoc juris asylum confugere valeat.

Reliqua, quæ porrò circa Temporis adjunctum hic occurrere possunt, peti possunt ex præmissis. §. *19.*

§. LXXXI.

Secundò huc pertinet hujus Renunciationis Insinuatio, sive relatio ad publica monumenta; quæ quidem regulariter liberrimè intermittitur; sed nonnunquàm necessarium ejus Accidens est. Sic de sua Britannia Bertrandus Argentræus: Renunciandi, ait, Formulæ nobis nullæ, ut Discinctus Burgundis; non Judicis præsentatus. Testationes quidem utiliter de his fiunt. Ubi immixtio non probatur, simplex & abnutiva Abstentio sufficit. ad *Consuetud. Britann. artic. 415. gl. 3. num. 1.* In hoc inclyto Ducatu similiter, ad istam, quæ ad æris alieni subterfugium fit, renunciationem, nihil aliud, quàm sola Voluntatis declaratio, quòd Uxor Acquæstui conjugali renunciet, & Mariti defuncti hæreditatem repudiet, quod vulgò appellant, daß das Weib ihre weibliche Freyheit anruffe/ necessarium est. Verum illa Acquæstuum renunciatio, quæ in commodum alterius conjugis fit, ejusdemve liberorum, vel Cognatorum, si quidem 500. solidos excedat, vel aliam Hodiè Statutis locorum definitam quantitatem, nec morte Conjugis renunciantis, tanquàm donantis, quoad summam excedentem, aliter convalidatur, quàm Actis judicii insinuata; per *L. 25. Cod. de donat. int. Vir. & Ux.* Molina, *de J. & Jure, tract. 2. Disp. 289. num. 19.* &. *Disp. 435. num. 4.* Sanchez, *tract. de matrimon. lib. 6. Disp. 5. num. 2. in fin.* Giurba, ad *Consuetud. Messanens. cap. 1. gl. 8. part. 1. num. 12. in fine.*

Quò & illud referendum, quòd nonnullis in locis non aliter Pacta etiam antenuptialia, quibus Uxor Acquæstui conjugali renunciat, & ab Ære è contra alieno se eximit, respectu Creditorum pro validis reputentur, quàm si vel ad Acta publica referantur, vel aliter publicentur;

centur; de quo pluribus Weselius, ad *Novell. Ultrajectin. art. 6. num. 23. cum sqq.* & *num. 43.* Mornacius, ad *l. 65. §. 5. ff. pro soc.* Mevius, ad *Jus Lubec. lib. 1. tit. 5. art. 7. n. 87.* Heeser. *d. loco 16. n. 142.* Goris, *tract. 1. cap. 4. 19. vers. sed & visum.* Sande, *lib. 2. tit. 5. Def. 8. vers. si mulier.* Rodenburg. *de jure conjug. lib. 4. cap. 1. vers. Quod autem.* Quamvis illa publicatio Creditoribus non semper in notitiam veniat, annotante Paponio, in *Corpore Juris Francici, lib. 15. tit. 2. Arr. 1.*

§. LXXXII.

Tertio huc etiam Juramentum referendum, quod quidem in illis Filiarum nobilium renunciationibus præcisæ necessitatis est; *Cap. 2. d. pact. in 6.* sed in ista Acquæstuum connubialium renunciatione, quæ in commodum alterius Conjugis fit, raro admodùm adhibetur; videat. Josephus Vela de Orenna, *dissert. Juris controv. 47. num. 23.* & quæ supra docuimus in §. *63.* In hac verò, quæ fit ad declinationem æris alieni, frequentius est. Statuta Ulmens. *part. 1. tit. 9. §. 1.* ibi: Bey ihren deßwegen erstatteten Pflichten. Reformat. Civit. Francofurt. *part. 3. tit. 7. §. 10.* ubi ità sancitur: Würden auch alsdann die Erben/ oder die Glaubiger/ an Sie/ die Frau begehren/ bey ihrem leiblichen Eyd zu betheuren/ daß Sie/ vor und nach deß Manns-Tod/ ihrer beyder Güther/ wenig oder viel/ nichts außgetragen/ verändert/ noch beyseits gethan hätte/ oder/ so was außgetragen/ oder beyseits gethan/ daß sie solches nachmahls/ so viel ihr wissentlich/ widerumb stellen wolle/ &c. so solle Sie die Frau solchen Eyd zu erstatten schuldig seyn. Quibus gemina leguntur in Jure Provinc. Palatino, *part. 4. tit. 17. art. 3.* ibi: Und stehen in solchem Fall/ den Glaubigern/ oder Erben bevor/ von dem letztlebenden/ insonderheit Frauen-Persohnen einen leiblichen Eyd zu begehren/ daß es/ vor oder nach absterben seines Ehegemächts/ nichts von desselben Güthern veräussert/ verzuckt/ oder in andere Wege beyseits gethan; sondern/ wo etwas/ das ihme wissend/ mangle/ solches wider zur hand stellen wolle; welchen Eyd auch das Letztlebende zu erstatten schuldig. Mev. ad *Jus Lubec. part 3. tit. 1. art. 10. num. 17.* Ordinat. Nassov. *part. 5. cap. 15. §. 2.* & latè Choppinus, *d. LL. And. lib. 3. tit. 2. n. 5.* ibi: *Modò mulier in Repertorio profiteatur sacramenti religione adhibita*, &c. Et ne quidem à Matre, ad instantiam libero-

rum, recuſari poteſt; ex Penſoldo, Heeſer. *de acq. conjug. part. 2. Loco 16. num. 170.* Chaſſanæus, ad *Conſuetud. Burgund. rubr. 4. §. 21.* ad verba: *Ayent ſoubtrait & recelé. num. 9.*

§. LXXXIII.

Quartò, quoad illam renunciationem, quæ exonerationem ab ære alieno pro fine habet, huc etiam pertinet Inventarii confectio, quæ quidem & ipſa non ubique locorum neceſſaria eſt; ſed tamen in pluribus frequentatur regionibus: Nam eandem & Lubecana Juriſprudentia, ſuâ ratione, Mulieri imponit, referente id Mevio, ad *Jus Lubec. part. 3. tit. 1. art. 10. num. 29. & ſeqq.* ubi latiùs hoc exequitur: & imprimis Gallorum mores in ſuo Foro illam deſiderare pateſcit ex adverſariis Renati Choppini, *de moribus Pariſior. lib. 2. tit. 1. num.* 22. ubi ſcribit, tum demùm communionem bonorum, videlicet mobilium, & acquæſtuum procedere, ſi juſto fideliquc commentario inſcribendam curaverit mulier univerſitatem moventium, nominum, inſtrumentorumque communium. Alioquin illius vel calliditatem, vel ignaviam multari, nempè amiſſione hujuſdem ſubſidii, quòd communes facultates in teſtatum non redegerit, exemplo Hæredis, cui etiam Juſtinianeum ſuffragium, niſi confectô bonorum indice, ſimiliter negatur; ſed hæreditarium æris alieni ſolidum onus incumbit. *L. ult. Cod. de jur. delib.* Idem etiam à Flandris, municipatim, excepta Hyprenſium regiuncula & urbe, uſurpari, autor eſt Jodocus Damhouderius, in *praxi rer. Civil. cap. 18. num.* 22. Choppinus, *de LL. And. lib. 3. tit. 2. num. 5.* ibi: Ità demùm renunciationis auxiliô juvatur muliercula, ſi repertorium fecerit, quod vulgò Inventarium appellatur. & in *verb. ſeqq.* ubi tùm lege Pariſiorum Viduæ tùm demùm jus repudiandæ conjugalis bonorum ſocietatis competere ſcribit, ſi Bona, ad illam pertinentia, Tabellionibus palàm exhibuerit, & publicis eorum tabulis ſigillatim abſcribi poſtulârit, tùm & LLbus Andium diſpoſitum refert, quòd mulier Andegava non aliter iſto renunciationis ſubſidio juvetur, quàm ſi intra menſem, ab obitum mariti, bonorum communium ſynopſin conficiat; addens tamen, ſi hoc ſpatium elapſum ſit, in integrum reſtitutionem identidem conceid.

§. LXXXIV.

Nec minùs hùc, Quintò, etiam illa referenda, quæ ſuperiùs

 im

in §. *18.* de variis, in hac renunciationis ſpecie, quâ Vidua ab ære alieno ſe eximit, hinc indè conſuetis formulis, & Ritibus ſæpè ſatis probroſis, ex Ddd. retulimus. Quorſum etiam illud ſpectat, quòd apud Brugenſes Vidua univerſis mortuariæ domûs bonis, tam à ſe, quàm Marito defuncto relictis cedere, ac deinceps clavem domûs, per ſe, vel per alium, defuncti mariti ſepulchro imponere, aut in manus receptoris obæratorum tradere compellitur; annotante Dammhouderio, *d. cap. 18. num. 21.* Addat. Chriſtinæus, *ad LL. Mechlin. tit. 9. art. 8. num. 18.* ubi quærit: An, omiſſâ Statuti formâ, mulieri per in integrum reſtitutionem ſubveniatur, ut denuò ſolenniter renunciare queat?

Tandemque, Sextò, citatio proximorum defuncti conjugis, ejusdemque Creditorum, & ſi porrò aliorum intereſſe verſatur. Reformat. Civitat. Francofurt. *part. 3. tit. 7. artic. 9.* Chur-Pfaltz. Land-Recht. *part. 4. tit. 17. art. 2.* ibi: Daß es/innerhalb zweyer Monathen / nach des andern Abſterben / vor unſern Amptleuthen / oder Gerichten erſcheinen/den Creditoren, auch nächſten Befreundten/oder wer ſonſten mehr Intereſſe haben möchte / darzu gebiethen / und daſelbſt anzeigen laſſen ſolle / auß was Urſachen es des Verſtorbenen Verlaßthumbs ſich gäntzlich verzeyhe / &c.

§. LXXXV.

Progredimur ad hujus renunciationis Effectus, qui tùm pro ipſius Renunciationis, tùm pro regionum diverſitate, & Societatis bonorum Conjugalis diverſa natura, & ipſi valdè diverſi ſunt.

Videamus primùm & quidem perpaucis, de illâ, quâ conjux, in alterius commodum, Acquæſtui renunciat. Hæc ſi in contractu antenuptiali ità fuerit facta, ut futurus Maritus, vel Uxor, univerſis lucris connubialibus, conſtante conjugio acquirendis, renunciet, tunc quòd iſta conventio modis omnibus ſervanda ſit, ſæpè hactenùs diximus; præterquàm quòd ſuprà de binubo Parente jam ſatis monuimus, in §. *33.* Talis namque renunciatio non eſt donatio inter Virum & Uxorem, quæ morte Donatarii ante Donatorem, ſeu Renunciatarii ante Renunciantem decedentis extinguatur, aut quam renuncians, usque ad ſuam mortem, pro arbitrio revocare poſſit; ſed potiùs pro negotio reputatur oneroſo, & protinùs valido atque

atque irrevocabili, eo quòd alioqui matrimonium ipſum non fuiſſet ſecutum. Ludov. Molina, *d. tract. 2. Diſp. 435. num. 1.* Ex quo ità, Anno 1688. d. 14. Jun. nobiliſſimi Dnn. Anteceſſores: Deſſen allen jedochunerachtet iſt beſtändig darfür zu halten/daß Johann Metſch keines weges wider das Heuraths-Pact kommen/ſelbiges umbſtoſſen/ und/ neben dem halben Theil der Errungenſchafft/ auch den dritten Theil der Erbſchafft mit Recht ſuchen könne; ſondern ſich mit dem empfangenen durchauß contentiren müſſe/ und diſes der Urſachen, weil expreſsè in dem Heuraths-Pact verſehen/ daß/ wann Herr Metſch/ über kurtz oder lang/ vor Ihr Frauen Agnes/ die ſchuld menſchlicher Natur bezahlen würde/ **Sie von ſeinem eigenthumlichen/ in die Ehe gebrachten/ Vermögen/ vor alle ihre/ von Ihm zu gewarten-habende Erbſchafft/ fünffzig Gulden/ paar Geld/ hinweg zu nemmen haben/** und von ſeinen Kindern herraußgegeben; dagegen ſeinen Kindern all das jenige/ ſo er von Heſſigheim herauff bringe/ von ſtuck zu ſtuck wider erfolgt werden ſolle. Hergegen/ falls Sie Frau Agnes/ GOtt/ vor Ihme Metſchen/ auß dieſer Zeitligkeit zu ſeinen gnaden/ über kurtz oder lang/ abfordern ſolte/ ſo ſolten ebenmäſſig von ihrem eigenthumblichen verlaſſenden Vermögen drey hundert Gulden paar Geld/ oder deſſen gleichgültigen Werths/ nach ſeinem belieben/ NB. **vor alle ſeine von Ihro zu hoffen habende Erbs-Gebühr**/ von ihren Erben/ Ihme gegeben werden/ dazu auch die Ehe-Bettſtatt/ ſampt dem angerichten Bett/ und aller Zugehörd/ nicht weniger eine beſchlagene Truchen/ für eigen/ und lebens-währiger Beyſitz in dem bereits bewohnenden Hauß verbleiben: Im übrigen weiter NB. **keine Errungenſchafft noch Einbuß geſucht**/ noch von ein oder dem andern dieſer beeder Ehe-Gemächt/ oder dero Erben prætendirt; ſondern jeder Theil mit obgehört ſeinem pactirten Erb-Theil/ und dem jenigen ſeinem zubringenden Vermögen/ wie ſichs dann zur Zeit der Theilung ergeben werde/ contentirt und abgefertiget werden ſolle/ &c. Worauß klar erſcheinet/ daß die beyde Eheleuth/ die ſonſt in diſem Hertzogthumb zwiſchen Eheleuthen obtinirende Societatem bonorum, vi cujus, matrimonio ſoluto, & ſocietate finita, acquæſtus inter eos ex æquo dividitur, durch ſolch Ehe-Pacten excludieret haben/ wie ſolches erlaubt und zugelaſſen.

Sie

Sic enim illam bonorum communionem & societatem, inter Conjuges Statuto vel consuetudine introductam, ipsos, contrario pacto, non tantùm tempore contrahendi matrimonii; sed etiam matrimonio jam contracto excludere posse, post alios docet B. Dn. Lauterbach, *de societat. bonor. Conjug. cap.* 2. §. *ult.* & *cap.* 6. §. 1. Addat. Argentræus, *ad Consuetud. Britann. art.* 418. *verb. les acquêts. num.* 5. Christinæus, *vol.* 3. *Dec. Belg.* 135. *num.* 16. ubi refert, ita judicatum in causa Crispini von Borcke contra Anton. de Varennes.

Ac talismodi conventioni omninò standum esse, ipsa æquitas postulat, non modò ideò, quòd conventiones & pacta, Juri ac æquitati non repugnantia, in genere ab omnibus servanda, idque, ut fiat, & civilis & naturalis ratio suadeat; *L.* 1. *d. pact. L.* 1. *de constit. pecun.* Vultejus, *Vol.* 4. *Cons. Marp.* 44. *num.* 33.

Sed & propterea, quòd pacta dotalia in specie præ aliis, quatenùs bonis moribus non adversantur, (Dici autem non potest, pactum, talem communionem bonorum tollens, bonis moribus adversari, cùm constet, eam Jure Justinianeo planè non obtinuisse,) observanda, nec infringenda veniant. *L.* 1. *Cod. de pact. convent.* Kohl. *de pact. dotal. part. prior. num.* 2.

Si enim usquàm, certè in pactis dotalibus, fides præstanda, cùm procedatur ad rem inter homines maximam; Christinæus, *d. l. num.* 1. & hinc pro ipsorum valore in dubio semper judicandum: *L. un.* §. 16. *Cod. de rei uxor. act.* Fontanella, *de pact. dotalib. claus.* 5. *gloss.* 8. *part.* 12. *num.* 54. Annæus Robertus, *rer. judic. lib.* 4. *cap.* 1. *in fin.*

Derogantque eadem omni juri, Legibus scriptis, Statutis, Consuetudinibus locorum, & his omnibus prædominantur ac præferuntur. Gail. 2. *Obs.* 8. *num.* 15. Carpzov. *Dec.* 60. *num.* 12. Richter. *de success. ab intest. in Procem. num.* 1.

Ist dann die Societas bonorum Conjugalis, communionem lucrorum continens, durch das abgeredte pactum dotale, zwischen beeden Eheleuthen auffgehoben und excludiret / so kan jetzo der Ehemañ medietatem lucrorum acquisitorum nicht prætendiren; sondern muß sich mit dem pactirten vergnügen lassen.

Quemdmodum in simili, si maritus in conventione antenuptiali, de certa portione, in casum præmorientis Uxoris, sibi prospexerit, eâ illum omninò contentum esse debere, neque ipsi regressum ad mobilium, ex Statutò ipsi fortè debitorum, successionem patere, nec aliud quic-

quicquam præterea, ultra portionem in pactis dotalibus sibi assignatam, eundem petere posse tradunt Schurff. *cent. 1. consil. 42. num. 8. in fin.* Kohl. *de pact. dotalib. part. 2. n. 82.* Mev. *part. 6. Dec. 31.* Carpzov. *p. 3. C. 23. D. 1.* Pensold. ad Coler. *Dec. 286. num. 175.* expressè dicens, pacta dotalia inprimis attendenda esse, & juxta illorum tenorem superstiti successionem deferendam, nec curari de dispositione Juris Communis, &c.

Quòdsi illa constante matrimoniô fiat, si quidem de lucris jam acquisitis, tunc hæc renunciatio, ceu formalis donatio inter Virum & Uxorem, (Sanè enim, qui jus quæsitum remittit, nihil differt à donante, verissimo judicio Thomæ Herbaii, *rer. quotidian. cap. 17. pag. 244.* Undè passim à Dd.bus juri suo renuncians, minimùm in effectu, donare dicitur. Hubertus Giphanius, *de renunciation. pag. 150. & 197.* Dn. Frommann. *de existent. conditionis Pacti Heredit. renunciatæ reservativi, §. 4.* Rolandus à Valle, *de lucro dotis, Q. 37. n. 12.*) ipso jure nulla est, & proindè neque Conjugi, cujus commodo illa facta est, (nisi morte donantis sive renunciantis confirmata, Jungat. Someren, *de jure novercar. cap. 9. §. 2.* ibi: *Apud Hollandos & alios quidem prohibita est inter Conjuges acquæstuum donatio, &c. pag. nob. 147.*) prodesse, neque Renunciantis propriis Creditoribus ullatenùs, vel illius Descendentibus, aut Ascendentibus, imò etiam, si Conjunx renunciatarius sit persona infamis, vel levis duntaxat notæ maculâ adspersa, ejus Fratribus, quà Legitimam, (per *tot. tit. Cod. de inoffic. donat.*) neque etiam Fisco, juxta suprà notata in §. *66.* obesse potest. Ex quo optimè Herbajus: Indè, inquit, efficitur, nihil actum esse tali renunciatione, *d. cap. 17. pag. 246.*

Si verò de Lucris adhuc quærendis fiat renunciatio, tunc, juxta Ddrum communissimam sententiam, illa regulariter valet, eosdemque, quos alia futuri lucri, sive juris adhuc acquirendi remissio, effectus producit; de quibus Galleratus, *de renunciat. tom. 2. cent. 1. Renunciat. 17.* Et quòd illam nec Creditores conjugis renunciantis Actione Pauliana infringere possint, evincit generale Ulpiani effatum, in *L. 6. princ. de his, quæ in fraud. Credit.* & superiùs firmata.

Denique si hæc Acquæstuum Renunciatio, v. c. in gratiam communium Liberorum, vinculô matrimoniali solutô, fiat, tunc quòd illa similiter valida sit, jam suprà didicimus; & statuminat his for-

malibus Ludovicus Molina: Si renunciatio fiat in favorem alterius, cùm donatio sit eorum Bonorum, quorum jam est omninò complete & perfectè Domina, perindè de eâ donatione est censendum, atque de quacunque aliâ à Viduâ de suis propriis bonis facta. *de just. & jur. tract. 2. Disp. 435. num. 11.*

Quibuscunque ergò casibus hæc Lucrorum nuptialium renunciatio perfecta est & valida, Lucra illa Mariti, vel Uxoris, aut illorum, in quorum gratiam conjux renunciavit, propria efficiuntur, absque ullô illius, qui renunciavit, ad ea recursu: cùm ad renunciata, per tritissima brocardica, non detur regressus; in individuo Josephus Vela de Orenna, *dissert. juris controv. 47. num. 26.* In tantum, ut etiam Molinæus opinetur, Puellam, quæ mutuâ liberalitate Moventium & quæstuum prosecuta sit Maritum, nec ætatis obtentu, sententiam mutare, nec ex usu vulgari acta gestaque retractare valere, ac proindè nec in Integrum Restitutionem ei contra hujusmodi renunciationem proficere: eo quòd nulla puerilium annorum & consilii imbecillitas, contra ea, quæ moris sunt & consuetudinis Provincialis, muliebri in integrum restitutioni idoneè prætendatur; arg. *L. 32. §. 6. ff. d. administr. tutor.* Choppinus, *de morib. Parisior. lib. 2. tit. 1. num. 23. in fin.* Cùm verò, quæ porrò hîc specialiora exhiberi deberent, ex titulo partim *de donat. inter Vir. & Ux.* & partim ex *tit. d. donat.* facili negotio suppleri possint; quare plura de his addere supersedemus.

§. LXXXVI.

Illud Q: si Fœmina communioni lucrorum, in eum duntaxat casum, renunciaverit, si Matrimonium sine liberis solvetur, & contingat, eandem cum liberis decedere, qui paulo post Matrem diem pariter obeant, an hæc ipsa Acquæstuum renunciatio in suo valore sit conservanda? Et cùm etiam in simili, si quis nempè rogatus sit, in casum, si sine liberis decesserit, hæreditatem alteri restituere, conditio hujus fideicommissi defecisse censeatur, si Liberi Patri, licet admodùm exiguô temporis spatiô, supervixerint; *L. 114. §. 13. d. leg. 1.* Imbert. in *Enchirid. voc. Qualitas.* Nicol. Intrigliol. *de substitut. cent. 3. Q. 56.* Gerhard. Maynard. *Decc. Tholosanar. lib. 5. Dec. 74.* Franc. de Barry, *de succession. test. & intestat. lib. 17. tit. 12. num. 30.* Sande, *lib. 4. tit. 5. Def. 9. vers. Pro rea.* Quare etiam in proposito, vel momentô tantùm, renunciatæ Quæstuum communio-

nis

nis conditionem defecisse, sufficiet; sic, ut, illâ non obstante, Uxoris hæredes illorum dimidiam prætendant justissimè; per *L. 47. de vulg. & pupill. substit. L. 4. Cod. quando dies legat. ced.* Videat. Charondas, *lib. 2. Resp. 72.* Marius Giurba, *ad Consuetud. Messanens. part. 1. cap. 13. gloss. 6. num. 4.* Stephan. Gratian. *Decis. 235. num. 7.* Anton. de Amato, *part. 1. resol. 48. n. 5.* Abrah. à Wesel, *de connub. Bb. Societ. tr. 2. cap. 5. num. 12.* Illud certè requiritur, ut vel unica Proles tempore Matris morientis adhuc supersit: Licet enim quamplurimos edidisset, si tamen eosdem viva omnes amisisset, sine liberis decessisse rectissimè dicitur ab Ulpiano *in L. 17. §. 7. ff. ad SC. Trebell.* & ab Imperat. *in L. ult. Cod. de instit. & substit.* Choppin. *ad LL. And. lib. 3. cap. 2. tit. 3. num. 7.* Maynard. *lib. 5. Dec. 78.* Carolus de Mean, *ad Jus Leod. part. 1. Obs. 75. num. 2. & seqq.* post Papon. Delommeau, Peregrin. & alios, Wesel. *d. l. num. 14.* ubi aliud de ista conditione si liberi non fuerint procreati; itemque de hâc affirmativâ, si liberi fuerint procreati, regulariter pronunciat. *n. 15. & sqq.*

§. LXXXVII.

Adjicimus huic proximam de altera specie dispectionem: An videlicet, si in tabulis matrimonialibus, futuræ Conjugi, socialium acquæstuum renunciatio, eô fine, reservata sit, ut, si Maritus sine liberis obierit, ejus Viduá suam Dotem, quæque alia ad Maritum, Uxoris nomine, manente connubio, pervenerint, recuperet; deindè marito, ad quindenum usque diem superans, Posthumus adnascatur, anne, inquam, hôc in casu nuptialis conventio, in rem Viduæ, effectum sortiri valeat? Rationem ambigendi justam præbet conditio orbitatis liberorum; quibus semel vivis editis, licet tantulo pòst mortuis, defecit conditio & in illam collata Paciscentium conventio; per *d. L. 4. Cod. & L. 17. §. penult. ff. d. tit.* Sed profectò, cùm ista, non sine ratione, contra avidos ex alienis testamentis, neque ità favorabiles, lucri captatores constituta existimet Renatus Choppinus; in propositâ verò specie de onerosâ Fœminæ stipulatione in nuptiis coëundis, quâ solummodò suam rem, ipsis legibus suffragantibus, sibi salvam fore, cavit, atque ità de damno declinando laborat: ubi pacta in casum, si liberi deficiant, inter Conjuges inita, illorum exortu non desinunt omnimodò; sed nihilominùs, si nati,

 alteru-

alterutro Conjugum superstite, è vivis emigrent, suas vires adhuc retinent: *Nov.2.cap.2.Nov.22. cap.26.* Quocircà æquissimè hujus Partis sententiam, quoad istum articulum, ceu à proximè præmissô notabiliter distantem, supremam Gallorum Curiam approbasse, recenset idem sentiens Choppinus, *d. tit. 1. num. 24.* Quò & faciunt, quæ tradit Abrah. à Wesel. *d. cap. 5. num. 17. ibiq;* laudati.

§. LXXXVIII.

Nonnunquàm hæc Quæstuum Renunciatio in speciem incidit Fideicommissi conventionalis: Si enim Uxor Acquæstui Conjugali, eâ lege, renunciet, quòd omnia constante conjugio quæsita, post obitum Mariti, ad Liberos communes pervenire debeant, tunc lucra nuptialia vinculo Fideicommissi, nempe contractualis, quod Dd. appellant, ità esse constricta, ut Maritus, de illis, in suo testamento pro lubitu hâudquaquàm disponere possit, in Prætorio Granatensi ventilatum recenset Josephus Vela de Orenna, *dissert. jur. controv. 47. num. 22.* Cùm enim cujusdam Barnabæ Uxor, lucris connubialibus, quæsitis & quærendis, eâ lege, & quidem juratò renunciâsset, ut in illis, post Barnabam, ejus filii succederent; deindè verò Barnabas quintam partem bonorum cuidam Confraternitati reliquisset, & Johanna, istorum conjugum Neptis, illam Quintam haudquaquàm ex dimidia lucrorum suæ Aviæ debitâ, deducendam esse diceret, eò quòd, licet illa, in Barnabæ favorem, sub juramento, iis renunciaverit; quia tamen hæc ipsa renunciatio expressô hôc pactô munita fuerit, quòd, post ipsum Barnabam, ejus filii, in illis, succedere debeant; quæ verba Johanna quandam fideicommissariam substitutionem, in favorem filiorum, & hos inter sui Patris, involvere asserebat, à diversis Judicibus diversas desuperlatas esse sententias, videre est in *dicta dissertat. num. 26.* ubi tamen laudatus Josephus Vela haud obscurè distinguit: Utrum Uxor illam quæstuum renunciationem, animo fideicommissum, Marito, in commodum filiorum injungendi; an potiùs in gratiam Mariti sui fecerit, sic, ut mentio Filiorum nihil aliud intendat, quàm quòd Acquisita, post mortem Patris, æquè ac cætera paterna bona, ad ipsos pervenire, neque tamen propterea Marito facultas de illis disponendi adempta esse debeat; ut de his doctè disputat *cit. loc.* addens tamen, in hac causa Senatum Granatensem, se licet invitô, pro Fideicommissô pronuntiâsse:

nuntiâsse. Audiamus, si placet, ipsa verba Orennæ hùc facientia, qui ità: *Neptis*, scribit, *dicebat inductam esse quandam fideicommissariam substitutionem, in favorem Filiorum; quæ & in Contractu, maximè in Donatione inter vivos, fieri potest, adeò, ut utile quoq; Dominium, ac proindè utilem in rem actionem substituto parere videatur, &c. Confraternitatis Parte vice versâ prætendente, ex Lucris etiam ad Mulierem spectantibus, veluti Mariti propriis per Renunciationem Uxoris effectis, Quintam illam partem deducendam esse; &, cùm id ità ordinarius Judex decreto suo jussisset, appellationeq; ad Senatum interpositâ revocatum esset, posteà in tractu Supplicationis, cui ego interfui, inferioris Judicis decretum longè Juri conformius esse censui per superiùs tradita. Nam modus ab Uxore, nuptialia in Mariti favorem renuntiante, adjectus nihil aliud effecit, quàm id, quod jure inerat, declarare, ut nimirum Lucra renunciata Mariti propria efficerentur absq; ullo Uxoris ad illa recursu, & consequenter ad Filios legitimos heredes,* velut Paterna, *non ut Materna, transirent. Quapropter verba illa, ut in Lucris renunciatis Mariti Filii succederent, minimè ademerunt Marito liberam facultatem de illis, velut propriis, quatenùs sibi per Legem permittitur, disponendi, adeoq; de Quinta Parte, in favorem Extranei. Nam aliàs modus ille damnosus esset ei, in cujus favorem dispositio emanavit, si eam purè & absolutè conceptam, cum præfatione & commemoratione mutuæ benevolentiæ, & benè ac concorditer per multos annos transacti matrimonii, ad Fideicommissi gravamen restringeret; maximè cùm utraq; moda lis Clausula principaliter Maritum respiciat, & respectu Filiorum accessoria sit, ad principalis dispositionis executionem adjecta, quæ illius naturam non mutat. L. 5. Cod. quando dies leg. ced. Clement. 1. in fin. de præbend. &c.*

§. LXXXIX.

Ex præmissis prono alveo tùm illud dimanat, quòd, si Conjux, in favorem alterius Conjugis, lucris legitimè renunciaverit, hic alter de omnibus Bonis Acquæstuariis pro arbitrio testari queat, quod latiùs examinat Petrus Peckius, *de testam. conjug. lib. 2. cap. 1. per tot.* Joh. Francisc. Balthasar, *pract. resoll. tit. 1. Resol. 1. num. 163. vers. Verùm hæc conclusio ita demùm vera est*; tùm nec minùs & hoc, quòd & alii omnes dominii legitimè acquisiti Effectus in illo obtineant, in cujus gratiam Conjux suæ de lucris connubialibus portioni renunciavit; quæ, tanquàm vulgaria, suo loco relinquimus,

& ex suprà laudato Amplissimæ Facultatis Tubingensis Responso, die 6. Martii, Anni 1677. Hallam transmisso, hôc brevi verborum compendiô claudimus : Ist solcher gestalt das Jus de tertiâ illâ Acquæstuum parte lucrandâ auffgehoben / alles / was sonst des Klägers Mutter ex Statuto hätte haben können/des Vatters Eigenthumb worden / und hat Sie auff den Kläger weiter nichts / als das ex Pacto acquirirte Jus des Lucri der 600. fl. gemachter Widerlag / transmittiren können / nicht aber das Eigenthumb dises Drittheils; cùm ad hæredem plus transmitti non possit, quàm habuit defunctus. Post renunciationem autem Mater nihil juris in ea ampliùs habuit; sed, ejus loco, Maritum debitorem 600. florenorum nacta est; *L. 14. § 9. ff. d. Ædil. Edict.*

§. XC.

Effectus illius renunciationis, quæ fit in commodum ipsius Conjugis renunciantis, ad hoc, ut ab onere debitorum eximatur, vel ipsam Conjugem renunciantem, vel ejus Maritum, vel denique illorum Creditores respiciunt.

Effectus ipsam Conjugem renunciantem spectantes, vel Proficui ei sunt, vel Onerosi. Quantum ad Onerosos, hùc, Primò, illud principaliter pertinet, quòd illis in locis, in quibus Societas universalis in specie universarum fortunarum viget, Uxor, vi ipsa renunciationis, totam domum mortuariam, sive totam Substantiam, massamque bonorum, sicque omnia bona, tùm à suo Marito, tùm à se quoque ipsâ in Societatem Conjugalem illata, tùm & omnia acquisita, sine palla & calantica derelinquere teneatur, ut loquitur Weselius, *de Soc. Bb. conjug. tract. 2. cap. 3. numer. 129.* solô quotidianô amictu induta; prout hoc Ultrajecti, & apud Hollandos, nec non aliis in locis dispositum recitat. Eundem rigorem etiam magnam Germaniam, in majoribus præcipuè emporiis, frequentare, probat Jus Lubecanum, quod ejusmodi Fœminam, domô bonisque, saltem tunicâ & pallâ mediocri retentâ, mit einem Rock und Heucken / nicht dem besten / nicht dem ärgsten / excedere cogit. *lib. 3. tit. 1. art. 10.* ubi jungesis Mevium, *num. 25.* ubi docet, quòd, licet tx. dicti Articuli de solis Mariti bonis loquatur, & illa, ceu à potiori, denominet; tamen ex subsequentibus satis patescat, sub illis etiam contineri,

quæ

quæ ab Uxore in communionem translata fuére, quippe cui pauca, ibidem nominatim excepta, remaneant, in deme Sie Hauß / Erbe / und Güther / mit einem Rock und Heucken räumen muß: quæ, ceu indefinita, Regulam confirmant in non exceptis. Ut & inclytæ Imperialis Ulmæ Statutā, *part. 1. tit. 9. §. 1.* in verbis: Solle Ihro zugelassen seyn / sich alles / ihres Ehemanns / und mit denselben / auch ihrer eigenen Haab und Güthere / zu entäusseren / und den Gläubigern heimzuschlagen / auch von ihres Mannes und ihren eigenen Güthern / bey ihren deßwegen erstatteten Pflichten / mehrers nicht / dann wie sie die Gürthel beschleusst / hinnemmen. *pag. 16.* Ut proindè in his locis ista renunciatio à Muliere facta parum differat à formali & propriè sic dictâ cessione bonorū; juxta tradita Mevii, *d. art. 10. num. 36. & 37.* Quibus omnibus & illud indubium est consequens, quòd in talibus locis Vidua suorum bonorum Domina, & arbitra omninò esse desinat. Mevius, *d. l. num. 74.*

In aliis verò locis, ubi ista communio ad sola Mobilia & Acquisita restricta est, ista Renunciatio hunc parit Effectum, ut Mulier omnia non solùm Acquisita; verùm etiam Mobilia, per ingressum matrimonii sibi communicata, à se abdicare & deserere teneatur; ut superiùs audivimus, in §. 70. Addatur Christinæus, *ad LL. Mechlin. tit. 9 art. 8. num. 30.* ibi: *Primò privatur* omnibus Lucris, *quæ ex Matrimonio & ejus contemplatione consequi debet, deindè* Mobilibus, Conquæstibus, & Dotalitio.

Deniqùe ubi hæc Societas est Universalis simpliciter bonorum, atque ità in solis constante conjugio quæsitis bonis Communio inducitur, hæc renunciatio nil aliud importat, quàm ut Uxor vel Vidua omne suum, quod in bonis quæsitis habet, Dominium, & aliud quodcunque Jus, à se pariter abdicet, perindè ac si nulla Lucrorum communio inter ipsam & Maritum eousque fuisset. Lopez. *de Lucris mar. & uxor.* ibi: *Quo casu nec habebit partem Lucrorum.*

In nostro Ducatu, ùt & aliis superioris Germaniæ provinciis, huic communium lucrorum derelictioni, etiam Repudiatio hereditatis Mariti, atque ità totius Statutariæ Portionis, annexa est. Bb. Dni Antecessores, Dn. Lauterbach, *de ære alieno in Societ. conjug. contracto solv §. 71.* & Dn. Bardili, *de Portione Conjug. Statutar. § 48.*

§. XCI.

§. XCI.

Secundò huc pertinet, Pœnitentiæ exclusio: quandoquidem Uxori, ab initio quidem, conjugalium acquæstuum communioni vel renunciare, vel eandem acceptare liberum est; ità, ut, si Societas lucrosa sit, ipsa sese lucrorum participem profiteri; si verò damnosa, nec ullum exindè lucrum speretur, Societati renunciare queat: Heeser, *part.* 2. *loco* 16. *num.* 166. sed, quamprimùm ipsa semel suam desuper voluntatem firmiter & validè, cum specifico videlicet, quô, juxta Statuta vel mores loci, opus habet, Curatoris consensu, declaravit, quòd ipsa à Lucris conjugalibus abstinere, suisque illatis contenta esse velit, regressus eidem ad communionem istorum lucrorum, & Portionem Statutariam, non ampliùs patet; Lopez, *de Lucr. mariti & uxor. cap.* 10. *num.* 3. ibi: *Postquàm autem Uxor, vel Heres, semel declaravit, acceptando, vel repudiando, non poterit pœnitere; ut in L. Sicut. Cod. de repud. hered.* Gutierrez. *d. Q.* 126. *num.* 4. Heeser. *de acq. conjug. part.* 2. *Loco* 16. *num.* 178. Faciuntque, quæ in simili tradit Carpzov. *part.* 3. *C.* 20. *D.* 44. *num.* 2. & *seqq.* Peckius, *de testam. conjug. lib.* 1. *cap.* 32. *num.* 6. post innumeros Giurba, ad *Conf. Messanens. cap.* 10. *gloss.* 6. *part.* 1. *num.* 22. post Boërium, Christinæus, *ad LL. Mechlin. tit.* 9. *art.* 12. *num.* 5. Sicut etiam è converso, si ipsa semel se declaraverit, quòd Creditoribus satisfacere velit, vel hereditatem defuncti Mariti, verbis vel factis, quæ citra jus & nomen heredis fieri non possunt, amplexa fuerit; de quô optimè Wibelius, *de contractib. mulier. cap.* 3. §. 5. *num.* 48. & *seqq.* ipsa frustrà conabitur renunciare. Dn. Lauterbach, *d. tract.* §. 73. eo quòd utrobique Creditoribus jus quæsitum sit, quod ipsis non ampliùs auferri potest. Giurba, *d. l.*

Idemque in Fœminæ heredibus obtinet, sic, ut etiam ipsi tùm à propriâ, tùm Fœminæ electione non ampliùs resilire aut variare queant. Lopez. *d. l.* ibi: *Postquàm uxor, vel heres.* Dn. Lauterbach, *d. l.* Heeser. *d. l. num.* 177.

In eo verò, quòd Gutierrezius, *cit. loc.* tali fœminæ in integrum restitutionem, seu ex capite læsionis, quantumvis enormissimæ, seu minoris ætatis, denegandam contendit, eidem assurgere, totus titulus nos prohibet *de minorib.* 25. *ann.* hactenùs nullibi limitatus, ut inferiùs in Contrariis prolixiùs dicturi sumus. Videat. intereà Johannes Heeser. *part.* 2. *Loco* 16. *num.* 178. & quæ in simili adstruit

Peckius,

Peckius, *d. cap. 32. num. 7.* Christinæus, *ad LL. Mechlin. tit. 9. art. 8. num. 23.*

§. XCII.

Effectus, Uxori renuncianti, ejusve heredibus proficui, pro diversâ naturâ Conjugalis Bb. Societatis, rursùs valdè diversi sunt. Nam si, Primò, ad ejus palmarium effectum, nempè Exemptionis ab ære alieno, respiciamus, hæc quidem unanimis omnium Dd.rum definitio est, quòd Fœmina, acquæstui renunciando, ab onere æris alieni liberetur. Chur-Pfältz. Land-Recht. *part. 4. tit. 17. §. 1.* ibi: Und also mit den Schulden nichts zu thun haben. Nicol. Valla, *de reb. dub. tract. 13. num. 10.* ibi: *Renunciando Societati, neq; lucrum, neq; damnum sentire debet.* Joh. Lopez, *de lucris mariti & uxor. cap. 7. num. 2.* ubi scribit: Si uxor, vel ejus heres, velit abstinere à bonis constante matrimonio habitis, poterit; quô casu nec habebit partem lucrorum, nec tenebitur ad debita constante matrimonio contracta. & *cap. 2. num. 10.* ibi: *Nam tunc non tenebitur ad debita.* Paulus Christinæus, *Decc. Belgicar. vol. 1. Dec. 206. num. 13.* ibi: *Si evitare velit onus æris alieni.* Renatus Choppinus, *de LL. And. lib. 3. tit. 2. num. 5.* Grœneweg. *ad L. 30. num. 3.* ibi: *Ære alieno maritali semet eximere. Cod. de jure dot.* Gutierrez. *pract. Qq. lib. 2. Q. 127. num. 3.* ibi: *Mulier, renuncians lucris, non tenetur solvere debita*, Garsias, *d. acq. conjug. num. 149.* Lopez. *d. cap. 7. num. 2.* ibi: *Nec tenebitur ad Debita.* Giurba, *ad Consuet. Messan. cap. 10. gl. 8. part. 1. num. 2.* Grivellus, *d. Dec. 13. num. 2.* verbis: *Nec ab illius obligationis nexu ullo modo liberatur, nisi expreßè renunciaverit hujusmodi lucris.* Garsias, *d. tract. n. 155.* ubi dicit: Quòd mulier, renuncians lucra, minimè teneatur solvere debitum ullum; addens, hoc omnes Scriptores agnoscere. Sanz de Morquecho, *de divis. Bb. lib. 2. cap. 12. num. 26.* ibi: *Renuntiare queat, ut debitis contractis durante matrimonio non teneatur.* Gasp. Rodericus, *de ann. reditib. lib. 2. Q. 5. num. 20.* Chassanæus, *ad Consuet. Burgund. rubr. 4. §. 19.* verb. *Faire la renonciation.* ibi: *Renunciando erit quitta & libera à debitis mariti.* Domini Antecessores, apud Besold. *consil. 92. num. 5. cum seqq.* B. Wibelius, *de Contract. mulier. cap. 5. num. 132.* Mevius, *ad Jus Lubec. part. 1. tit. 5. art. 7. num. 82. & seq.* & *lib. 3. tit. 1. artic. 10. per integr.* inprimis *num. 36.* Antonius de Gamma, *Dec. Lusit. 366. num. 2. & 6. vers. Secundo casu.* illic: *Et*

poterit uxor lucris renunciare ad evadendam istam obligationem solvendi debita pro parte sua. Dn. Lauterbach, *d. l.* §. *71.* Heeser, *d. loco 23. num. 345. & seqq.* ubi *num. 348.* scribit: Hanc ipsam renunciationem usque adeò vinculum obligationis, in Uxore harentis, enervare, acsi nulla unquàm Bonorum Societas inter conjuges tales fuisset contracta: Id quod etiam cum Cunone & Chassanæo tradit Grivellus, *Dec. 20. num. 4.* Christenius, *de Causis matrimon. Diss. 4. Q. 33. pag. 525.* Quamvis enim aliàs vera cessio bonorum cedentem non liberet, *L. 1. Cod. qui bonis ced. poss.* arg. *L. 98.* §. *8. de Solut.* Ilico Ummius, *Diss. ad Proc. ult. 6. 5. num. 26.* tamen aliter in istâ conjugalium Acquæstuum, & nonnullibi, præter illos, etiam omnium Mobilium, imò alibi universorum Bonorum cessione, ut hanc renunciationem Ddres appellant, (Jungat. inprimis Chassanæus, ad *Consuetud. Burgund. rubr. 4.* §. *20.* ad verb. *Desceindre. num. 8.* ibi: *Hæc renunciatio videtur* effectualiter *esse* quædam cessio bonorum. & Mevius, *ad Jus Lubec. part. 3. tit. 1. art. 10. num. 36. cum seqq.*) vel ex eo æquissime dispositum est, quòd communione, ceu solitariâ obligationis Uxorem constringentis causâ, cessante, & per ipsam hanc Uxoris renunciationem, ex LL.um permissu totaliter sublatâ, omnis etiam effectus, exindè profectus, cessare debeat; cùm Conjuges, subsequente hâc renunciatione, non ampliùs sint Socii. Chassanæus, *ad Consuetud. Burgund. d. rubr. 4.* §. *20.* verb. *Desceindre. num. 8. vers. Et ratio istius consuetudinis.* ibi: *Renunciando ergò bonis non est inconveniens, nec incivile, quòd non teneatur ad debita mariti.* (intellige Socialia) *Ex quo enim post mortem separata sunt corpora, non est opus nisi* separatione bonorum, quæ fit per has renunciationes; ideò ampliùs non sunt Socii.

§. XCIII.

Et quidem quod illas Provincias attinet, ubi universalis in specie universarū fortunarum Societas inducta, in illis, quemadmodum omnia bona confunduntur, quæ Cujuslibet conjugum, ante matrimonium peculiaria fuére, & quæ porrò vel ex quæstu, vel liberalitate fortunæ acquirunt; ac proindè quoque omnia, tùm constante matrimonio, ab utroque, vel alterutrò, tùm & antè à quolibet contracta debita, utrumque conjugem æqualiter onerant; Neostadius, *de pactis antenuptial. Observ. 12.* Gudelinus, *de Jure Noviss.*

lib.

lib. 3. cap. 11. §. è contrario. ubi scribit: Conjugium parere communionem æris alieni. Perez. *ad tit. Cod. ne Ux. pro Mar.* Christenius, *de caus. matrimon. Dissert. 4. Q. 31. & 32.* Abrahamus à Wesel, *de Connub. Bb. Societ. tract. 2. cap. 3. num. 1.* & *ad Novell. Ultrajectin. artic. 6. n. 1. cum seqq.* Lambertus Goris, *adversar. jur. tract. 1. cap. 4. num. 3.* Mevius, *ad Jus Lubec. part. 1. tit. 5. artic. 7. num. 1. & 28.* Lauterbach, *de ære alieno in Soc. conjug. contr. solv. §. 10.* latè Simon van Leuwen, *Cens. forens. lib. 4. cap. 23. num. 20. & seqq.* Ità certum est, quòd Uxor tùm acquæstibus, tùm omnibus eousque communibus facultatibus renuncians, etiam ab universo, per maritum contracto, ære alienó immunis evadat. Wesel, *d. cap. 3. num. 129.* Nam quod ipsamet Uxor, adhuc cœlebs, vel in Viduatu contraxit, ab hoc illam, ne quidem per totius Substantiæ renunciationem, immunem evadere, author est Christinæus, *ad LL. Mechlin. tit. 9. art. 8.* Grotius, *in manuduct. lib. 2. part. 11. num. 16. ibiq.* Simon à Grœnewegen. post Bouvot. Boguetum, Coquille, Choppinum, Charondam, & alios, Wesel, *d. tract. 2. cap. 3. num. 136.* ubi ità judicatum refert. Joh. à Someren, *de jure novercar. cap. 7. Sect. 1. num. 13.* ubi tamen in fine, non sine ratione, hanc opinionem in dubium vocat propter æris alieni, per matrimonium, eidemque innexam universalem societatem, factam confusionem. Et quòd neque Vidua, ex suopte contractu, constantibus nuptiis celebrato, conventa, per Domûs mortuariæ abdicationem, Creditorum actiones effugere possit, ex LLbus Brugensium & Lovaniensium, Chassanæo, Charonda, Choppino, Bogueto, Delommeau, & Valla notabiliter observat laudatus Weselius, *cit. loc. num. 137.*

§. XCIV.

In aliis verò locis, ubi ista Societas est simpliciter bonorum, ut in nostro Ducatu, hæc ipsa liberatio ab ære alieno non adeò latè patet.

Primò enim, in his terris, uxor à debitis, per ipsius maritum, ante initum conjugium contractis, nullâ liberatione notoriè indiget; cùm ad illa solvenda nullo modo obligetur. Videatur Jus Provinc. Würtembergicum, *part. 4. tit. 4. in rubr. §. 1. & seqq.* Dn. Lauterbach, *d. l. §. 10. & 11.* & quæ juxta LL. Hispaniarum, & Lusitaniæ, hanc in rem commentantur Alphonsus de Azevedo, *Consil.*

fil. 38. num. 1. Joh. Gutierrez, *lib. 2. Q. pract. 128. n. ult.* Anton. de Gamma, *Decis. Lusitan. 366. num. 6.* Rectè enim hîc Vidua, vel Uxor, ob talia debita conventa, Creditoribus objiciet, quòd tempore contractûs nulla Marito potestas fuerit, futuram conjugem obligandi; cùm constet, quòd sola connubialis bonorum Societas, si nimirum Maritus, ob causam illius, & in familiæ utilitatem, debita contrahat, Uxorem corream efficere valeat. Videat. omninò Dn. Lauterbach, *d. §. 10. & seqq.* Faciunt, quæ tradit Mevius, *consil. 21. num. 214.*

Nec, 2.dò, Uxori hæc renunciatio, ratione Debitorum, stante quidem conjugiô; sed non propter aliquod onus Societatis, vel in communem utilitatem; sed ob necessitatem vel utilitatem solius Mariti, contractorum, necessaria, vel ad aliquid utilis est: Cùm Uxor, ne quidem in tali casu, si Maritus & Uxor, se unà & expressè, in eodem instrumento, ad ejusmodi debitum solvendum obstrinxerint, ullo modo obligetur; sed ipsius promissio, ceu verissima pro suo Marito intercessio, ipso jure & penitùs nulla pronuncietur. in *Nov. 134. cap. 8.* & exindè descripta *Auth. Si qua mulier. Cod. ad SC. Vellejan.* Fürstl. Würtemberg. Land-Recht, *tit. 29. princip.* Domini Antecessores, apud Besold. *d. consil. 92. num. 22. & seqq.* B. Dn. Wibelius, *de contract. mulier. cap. 5. num. 31. cum sqq.* Berlich. *part. 2. concl. 19. num. 55. & sqq.* Lauterbach, *de ære alieno in S. C. contracto. §. 29.* Addantur à nobis publicata Consilia, *vol. 4. Consil. 60. num. 216. & seqq. ibiq.* laudati.

Sed & si, 3.tiò, Uxor communioni Acquæstuum renunciet in casu, quô nuptiæ per divortium diremtæ sunt, vel, illâ præmortuâ, ipsius heredes ad hanc anchoram confugiant, hæc renuntiatio, ratione debitorum, matrimoniô solutô à Marito contractorum, nullius pariter effectûs erit; cùm ipsa nec hactenùs ad quicquam obstricta sit; omnis verò liberatio obligationem præsupponat, ut privatio habitum. Conferat. omninò Joh. à Sande, *Decc. Frisic. lib. 2. tit. 5. Def. 9.* Dn. Lauterbach, *d. tract. §. 14.* Gamma, *d. l.* Et si omninò Maritus in bona necdùm divisa expensas quas fecerit, tunc cùm Uxor eidem, minimùm tanquàm negotiorum gestori, teneatur, Uxori hæc sua renunciatio, ut etiam à tali debito liberetur, nullô itidem modô proficere poterit.

§. XCV.

§. XCV.

Sed & quod, 4.tò, ipsius Uxoris Acquæstui renunciantis propria Debita concernit, quæ videlicet ipsa, vel antequam primum matrimonium iniret, vel etiam in suo Viduatu contraxit, sicque primo vel secundo Marito attulit, nec minùs & illa, quæ ipsa, cum sui Curatoris consensu, constante conjugio, in sui ipsius utilitatem, contraxit; Jungat. omninò Dn. Lauterbach, *d. l.* §.76. ab his debitis Uxor, acquæstui renuncians, etiam in tali Societate, quam universalem simpliciter bonorum Nostrates appellant, liberatur haudquaquàm. Neque enim conditio priorum Creditorum, quibus scilicet Uxor ante nuptias se obstrinxit, ex accidenti, subsecutis nempe nuptiis, mutari, vel jus ipsorum imminui potest. arg. *L. 25. Cod. de pact. L. 11. L. 75. d. Reg. Jur.* Neque hactenùs Uxor vel mores Mariti, vel quòd ipsa eidem cum aliis contrahenti non potuerit contradicere, causari potest, quod ipsa, adhuc soluta, gessit, vel constante conjugio; sed suô consensu, legaliter declaratô, ipsa liberè obsignavit. Wesel, *d. n. 136.* ubi ità à Curia Ultrajectina judicatum recenset. Christinæus, *ad LL. Mechlin. tit. 9. art. 8. num. 7.* ibi: *Prout etiam dicendum est quoad Debita, à Muliere ante matrimonium contracta.* Optimè Chassanæus, *ad Consuet. Burgund. Rubr. 4.* §. 21. ad verba: *Et n' entend point.* ibi: *Illud privilegium tantùm extendi debet ad illa debita, quæ debentur occasione Bonorum, quibus per privilegium renunciando, Mulier liberatur à Debitis, ex quo debita per maritum debentur unâ ratione, & debita ante matrimonium consummatum debentur alia ratione. Sic illorum debet esse separata ratio, ità, quòd ratio privatorum debitorum non se extendit ad secunda debita Mariti, si per prædictam renunciationem, licet sit liberata à debitis factis constante matrimonio, remaneat adhuc obligata primis creditoribus, quibus tenebatur ante matrimonium contractum cum marito.*

Neque aliud judicandum de illis debitis, quæ ipsamet Uxor, absque sui Mariti speciali consensu, in partibus Oeconomicæ administrationis ad ipsam spectantibus, ob causam ad Societatem pertinentem, legitimè contraxit. Jungatur & hic doctrina Lauterbachii, *d. tract.* §. 74. Nam & talibus in casibus Uxor illis Creditoribus efficaciter & validè, ex suiipsius propriis contractibus, semeti-

metipsam obstrinxit, & consequenter contra se semel natam obligationem & actionem suo proprio facto & Renunciatione extinguere nequit; per *dd. txx.* post Boguetum, Delommeau, Charondam, & alios, Wesel, *d. l. num. 137.*

§. XCVI.

Atque hùc procul dubio etiam illud referendum, si quidem Uxor non ipsa contraxerit; sed tamen negotium à Marito celebratum in rem ipsius versum probetur: intellige, ut commodum, quod pervenit ad Uxorem, proprium ipsius patrimonium respiciat, vel augmentum ejusdem: Jungatur Grivell. *Dec. Dol. 20. num. 10.* Gomez. *ad L. Tauri. 61.* Nam & indè contra ipsam nata obligatio bonorum communium cessione non tollitur; prout ex Molinæo benè notat Choppinus, *de LLb. Andium, lib. 3. tit. 2. num. 5.* ibi: *Bonorum repudiatione communium Vidua mulier se exonerat ære alieno Societatis, nisi ipsa nominatim Creditori fidem suam adstrinxerit*, aut in rem mulieris versum fuerit negotium. Tametsi enim per Renunciationem tollatur Communio, hujus obligationis causa efficiens; non tamen perindè ipsa etiam Obligatio, tanquàm Effectus, ab illa semel in esse productus, cessare debet; per doctrinam Tiraquelli, in *tract. Cessante causa. limit. 12. num. 1. & seqq.* & Johannis Grivelli, *d. Dec. 20. num. 14.*

Hôc ampliùs, si Uxor non sola contraxerit; sed unà cum Marito grande æs alienum sociale conflasset, sive plurima debita, quæ vel ob conjugalis Societatis utilitatem, vel ob onus, quod eidem incumbit, præstandum vel avertendum, conflari oportuit; Gemeiner Haußhaltung zur Nothdurfft/ Nutzen und Guten; verbo Juris nostri Topici, *in part. 4. tit. 4.* §. Da nun. hîc cùm illa similiter ad illa solvenda, regulariter pro dimidia, per deducta Lauterbachii, *c. l. §. 55.* junctis *ibi præc. 1.* & interdùm in solidum, *d. tr. §. 16. num. 4. & seqq.* Addat. Grivell. *d. Decis. Dol. 20. num. 5. & 11.* ex suâ propriâ conventione atque promissione obstricta sit, verissimum arbitramur, quòd eidem haud liceat contra proprium factum, firmum & validum, cum pernicie istiusmodi Creditorum venire, & à nexu per ipsammet, licet unà cum Marito, efficaciter contractæ obligationis se exuere.

Ista

Ista namque doctrina, quòd Uxor, acquæstui renunciando, se ab ære alieno eximere queat, in omnibus his casibus, ubi Uxor vel sola, puta sine Marito; veruntamen cum alterius Curatoris consensu, vel unà cum Marito, legitimo modo, vel simpliciter, vel in solidum, sese alteri obligavit, officium suum perdit. Generaliter quippe verum est, quòd Uxoris Creditoribus, jus, semel legitimè contra illam quæsitum, ex sola illius renunciatione, invitis auferri haudquaquàm possit. *d. L. 25. Cod. d. pact.* Grivellus, *d. Dec. 20. num. 5.* Sicut enim ab initio contractus sunt liberæ voluntatis; ità semel celebrati sunt necessitatis; & obligationi semel contractæ, nisi Creditor consentiat, renuntiare potest nemo. *L. 5. Cod. de O. & act.* Neque novum est, ut, quæ semel utiliter constituta sunt, licet casus subsequatur, à quo illa initium capere non potuissent, nihilominùs durent. *L. 85. §. 1. ff. de Reg. jur.* Grivellus, *d. l. num. 6.* Ex quo est, ut, si Dos, vel Donatio propter nuptias, ab utroque Parente (Jungat. omninò Dn. Lauterbach, *de ære alieno in societ. conjug. contract. §. 5. num. 3. & 4.*) simùl promittatur, licet Uxor deindè Acquæstui renunciet; tamen illa, si Acquæstus non sufficiens sit, ex bonis Mariti vel Uxoris, æqualiter, seu pro partibus æqualibus exolvi debeat; cum Alphonso de Azevedo, *ad L. 8. num. 15. tit. 9. lib. 5. novæ Recopilat.* Sanz de Morquecho, *d. lib. 2. cap. 17. n. 8.* ibi: *Sed si, Dote promissâ* ab Uxore & marito simùl, *Uxor lucris renunciavit, de lucris Dos solvenda est, &, si Lucra ad Dotem promissam non sufficiant, quod defuerit, de bonis Mariti & Mulieris, pro æqualibus partibus solvi debet.* Christinæus, *ad. LL. Mechlin. tit. 9. art. 8. num. 7.* Valla, *de reb. dub. tract. 13. num. 10.* verbis: *Si ipsa contraxit, non eximitur ab obligatione per Renunciationem.* Chassanæus, *ad Consuet. Burgund. rubr. 4. §. 13. vers. Sed quæro.* Heefer, *part. 2. loco 23. num. 352.* Molinæus, *ad Cons. Bourbonens. cap. 21. artic. 245.* ubi scribit, quòd, cùm mulier domum Mariti, unà cum illo, quilibet in solidum, vendidisset, illa Vidua, non obstante renunciatione societatis, in solidum per sententiam & arrestum condemnanda sit. *Tomo Oper. suor. 3. pag. nob. 246.* Undè ità Argentræus: Quodsi etiam Uxores nominari se passæ sunt in Obligationibus, *exceptionem patiuntur. Renunciatio eas solùm eximit, quæ nominatæ non sunt, &c.* ad *Consuetud. Britann. art. 415. gl. 1. num. 3.*

Merentur pro majori hujus definitionis dilucidatione adduci, quæ

doctissimè de his differit Joh. Grivell9, Senatûs Dolani olim Consiliari9, posteà Alberti & Isabellæ, Austriæ Archiducum, Consiliari9 intimus, qui in *dictaDecis.20.* ista optimè statuminat, & simùl differentiam inter duos hos Casus, si Mulier Acquæstui, matrimonió nondùm contractô, renunciet, &, si hujusmodi Renunciatio matrimonii vinculô solutô fiat, rectissimè distinguit, Senatumque Dolanum juxta istam sententiam pronuntiâsse refert, his potissimùm formalibus: Mulier non habet beneficium Vellejani, quando se obligat in rem propriam. *L. Aliquando. ff. ad Sct. Vellejan.* nec etiam, quando sese obligat in rem communem, quam sua interest totam conservari. *L. Vir uxoris. §. fin. ff. eod.* Cùm enim, quod ità commune est, illud quodammodò meum dici possit, *L. Servi electione. §. Labeo ait. cum. §. sq. de leg. 1. L. Illud dubitationis. ff. de rit. nupt. L. 2. Cod. de comm. serv. L. rectè dicimus. ff. de verb. signif.* certè consequens fit, Mulierem fidejubendo, aut obligando se in rem ità communem, dici quodammodo sese obligare in rem propriam, quo casu cessat Vellejanum. *d. L. Aliquando. cum similib.* Hinc rectè inferunt Molinæus, *de usur. Q. 38. num. 288. 291. cum sq.* & Nicol. Valla, *de reb. dub. tract. ult. cap. 37.* quòd, stante Consuetudine, vel Pacto, quòd Vir & Uxor sint communes in bonis, si Uxor cum Viro contrahat & sese obliget, cum clausulâ in solidum, rectè & efficaciter obligatur, idque tàm pro parte suâ, quàm pro parte Viri, nec juvatur Vellejano, etiamsi magis communis opinio sit, tunc præsumptionem esse, totam rem ad Virum pervenisse; ut testatur Vivius, *lib. 2. receptar. sententiar. Opin. 169. in verb. Maritus & Uxor.* Et ratio est, quia præsumitur, pecuniam illam à Marito versam esse in rem communem & in augmentum ac tuitionem Societatis communis. Sicque sæpiùs judicavit Senatus.

Ampliatur hoc, ut procedat, etiamsi post mortem Viri, Uxor, intra tempus ei indultum à Consuetudine hujus Comitatûs Burgundiæ, in *articulo penult. tit. des Gens mariés.* Societati & Communioni renunciaverit. Nam, licet Communio tunc cesset, adeò, ut perindè sit, acsi nulla unquàm fuisset contracta bonorum Societas inter Virum & Uxorem; Chassanæus, *ad Consuet. Ducat. Burgund. tit. des gens mariés. §. 13. n. 1. 2. & 3. & §. 20. in verb. Descendre. in fin.* & Matthæus Cuno, *tract. de pact. lib. 1. cap. 7. num. 19.* tamen Obligatio semel legitimè contracta non extinguitur; sed semper

per remanet obligata mulier, nempe pro parte, si simpliciter secum Viro obligaverit, nec adjectum sit, singulos in solidum promisisse. Si verò non simpliciter; sed in solidum & absque divisione, tunc remanet obligata pro toto, respectu Creditoris; salvô tamen regressu, pro parte, adversus Heredes Mariti. Et ità etiam nuper judicavit Senatus; idque adversus opinionem expressam Nicol. Vallæ, ubi suprà. *num. 37. in fin.* Pro hujus autem decisionis confirmatione facit *L. In ambiguis.* §. *1. ff. de R. Jur. Cap. Factum legitimè. eod. tit. in 6.* ubi factum legitimè retractari non debet, licet Casus posteà eveniat, à quo non poterat inchoari. Facit & *L. Si servum quis.* §. *ult. ff. de acquir. hered.* ubi non tollit factum, quod impediret faciendum. Et ex his notandum est, longè aliud esse, ab initio contracti matrimonii derogatum esse Communioni Statutariæ, vel ex postfacto, soluto matrimonio, ei renunciatum esse juxta Consuetudinem. Nam primô casu, (quando scilicet ab initio nullam habet Uxor communionem bonorum cûm Viro) si simùl cum eo contrahat & sese obliget, etiam sub Clausulâ in solidum, ipso jure tuta est, non tantùm pro parte, ope Vellejani; sed etiam pro toto, ex beneficio Authent. Si qua mulier. *Cod. ad SC. Vellej.* nisi in rem ejus pecuniam fuisse versam probetur. In dubio enim tota præsumitur pervenisse ad Maritum (juxta communem illam, de qua testatur Vivius paulo ante relatus) sicque præsumitur obligationi accessisse Uxor causa fidejubendi, aut causa donandi; quod utrumque illicitum est, & invalidum. *d. Auth. Si qua mulier. & tot. tit. ff. & Cod. de donat. int. vir. & uxor.* Dicitur autem pecunia versa in propriam Uxoris utilitatem, quando utilitas respicit ejus patrimonium & augmentum illius; non verò quando expensa est circa ea, ad quæ aliàs Maritus de necessitate Juris tenebatur, ut alère, vestire, & alia necessaria subministrare; ut in specie docet Antonius Gomez. *ad L. Tauri. 61.* In Secundo verò Casu (stante scilicet Communione ab initio, sive illa ex Pacto, sive ex Consuetudine proveniat) in solidum tenetur Uxor, si in solidum se obligaverit; si autem simpliciter, & non adjectâ Clausulâ, in solidum, tenetur pro virili. Nec obstat Creditori, quòd posteà Communioni renunciaverit Uxor. Nam debitoris factum non debet Creditori suo nocere, præ-

Q sertim

ſertim in jure jam quæſito. *L. Id quod noſtrum. ff. de reg. Jur.* & *L. Debitorum pactionibus. Cod. de pact.* ubi pactis Debitorum Jura Creditorum non immutantur. Adde quòd, cùm Communio bonorum hunc effectum operetur, ut videatur Uxor in rem propriam ſeſe obligâſſe, proindeque Vellejano non juvetur, ſanè licet deindè Cauſa hæc, nempè Communio, ceſſet per Renunciationem ſubſequutam; non tamen proindè ceſſat effectus, ex quo ſemel fuit in eſſe productus; per ea, quæ tradit Tiraquellus, *in tract. Ceſſante cauſa ceſſat effectus. limitat. 12. num. 1. & ſqq. & num. 15.* ubi in ſpecie ait, quòd actui conſummato Caſus ſuperveniens non nocet, citatque ibi Regulam, Factum legitimè, cum aliis ſimilibus. Limitatur tamen hoc poſtremum dictum, ut procedat tantùm reſpectu Creditoris, cui in ſolidum quidem obligatur Mulier, ſi in ſolidum contraxit, etiamſi deindè Societati renunciaverit; ſed reſpectu Mariti non obligatur, factâ Renunciatione, niſi quatenùs pecunia ad eam perveniſſe demonſtratur. *d. Authent. Si qua mulier. in fin.* Undè, ſi à Creditore ſolvere compellatur, habet regreſſum adverſus Maritum, aut heredes illius: Ejus enim reſpectu dicitur fidejuſſiſſe. Nam quoties duo ſimùl obligantur, resque ad unum tantùm pervenit, (Prout ad Maritum tantùm perveniſſe præſumitur, quando cum Uxore contrahit) tunc alter, ad quem res non pervenit, loco Fidejuſſoris habetur reſpectu correi debendi, ut docet Gl. *in L. Sed & Julia. §. Item ſi duos. in verb. ad quem. ad SC. Macedon.* Alexander, *conſil. 66. num. 6. lib. 4.* Cravetta, *conſil. 77. per tot.* Menoch. *conſil. 559. num. 14. & 15. & conſil. 560. num. 8.* Ità benè Grivellus.

§. XCVII.

Hôc ampliùs DD. in talibus caſibus Uxorem adeò efficaciter obligari ſcribunt, ut contra hujusm. obligationem, à ſeipſâ, ob cauſam ſocietatis, cum marito contractam, nec in integrum Reſtitutionem, ſeu propter ſexûs imbecillitatem, ſeu propter metum reverentialem, implorandi facultas eidem competat, tametſi communioni renunciet; ne ſcilicet multi, qui fidem amborum conjugum ſecuti, decipiantur, & jure ſuo defraudentur. Grivellus, *d. l. num. 18. & n. 19.* Cùm enim in Reſtitutione in integrum Læſio potiſſimùm attendi debeat; *L. 5. Cod. de reſtit. min. 25. ann.* hîc verò nulla Læſio juridica ſubſit, poſito etiam, quòd Maritus non ſit ſolvendo; eo quòd utique, propter communionem tunc exiſtentem, ipſius Mulieris proprium

nego-

negotium, minimùm pro dimidiâ, revera sit gestum; eapropter auxilium Restitutionis regulariter eidem indulgeri non potest. Et quamvis Mulier, posteà communioni renuncians, in toto læsa videri possit; quia tamen hæc Læsio tempore Contractûs haudquaquàm adfuit; sed demùm ex Eventu subsequuto resultat, quocircà illa non meretur attendi; per tradita Oddi, *tractat. de in integr. restitut. part. 2. Q. 57. artic. 3.* & laudati Grivelli, *d. Decis. numer. 18. cum sqq.* Secùs tamen sentiendum, si vel Uxor adhuc sit minoris ætatis, vel justus metus probari possit, vel alia concurrant, ad fundandam in integrum restitutionem necessaria, æquissimè addit laudatus Grivellus, *num. 20. 24. & seqq.* & probat B. Dn. Lauterbach, *d. tract. §. 58.* In Fœminâ namque adhuc Minorenni duplex favor concurrit, Ætatis, & Sexûs, &, cùm Minor tunc quoque, quando ille in rem suam fidejussit, tamen in integrum restituatur, per tradd. Mauritii, *tr. de in int. restit. cap. 235.* Quare etiam hìc idem erit admittendum. Grivell. *d. num. 24.* Sed &, si Fœmina probare posset, quòd Creditor, jam tempore celebrati Contractûs, benè sciverit, Maritum, pecuniam cum Uxore mutuantem, eam dilapidaturum & profusurum, vel in rem propriam, aut alienam insumpturum, & sic deinceps, hìc cùm utique ex parte istius Uxoris enormissima subsit Læsio, quippe cui tale Mutuum omninò nil profuit, & ex parte Creditoris ad minimum præsumptus Dolus versetur, dùm videlicet ipse cum Fœmina contrahit, probè gnarus, quòd ipsa non in rem propriam; sed Mariti se obliget, atque ità fidejubeat: quocircà eandem, contra suam juratam Beneficii in *Authent. Si qua mulier. Cod. ad SCt. Vellej.* mulieribus indulti, Renunciationem æquissimè restitui, pronunciat Grivellus, *cit. loc. num. 26.* Et denique si Fœmina ostendere possit, se verberibus & minis, à suo marito, ad hoc, ut se cum illo obligaret, fuisse coactam, & Creditorem, tametsi non de Lucro captando; sed ex contractu oneroso agentem, hujus Coactionis, ante initum contractum, certiorem redditum, hìc iterum justam in integrum Restitutionis causam suppetere, deducit Charondas, *livr. 8. des responses ou Decisions du droit François. chap. 22. in fin.* ubi minas Mariti, affirmantis, se non ampliùs cum sua Uxore concubiturum, ad fundandam in int. restitutionem sufficere, scribit. Johannes Grivellus, *cit. loc. num. 28.*

§. XCIIX.

Neque aliud in nostro foro Würtembergico admittendum esse, advertit Besoldus, *Diss.* 4. §. 27. ubi etiam tunc, quando scilicet acquæstui renunciavit, (de hoc enim in verbis immediatè præcedentibus egit) ad communia debita Uxorem adstringi, dicit. Et apertiùs Dn. Antecessor Lauterbach, *d. tract.* §. 58. ubi textum *part. 1. Juris Provincial. tit.* 76. §. Nicht weniger. nervosè declarat, quòd videlicet ille de casu loquatur, quò solus Maritus debitor est; per verba: Deß abtrettenden Schuldners Haußfrauen; atque adeò Uxor, quæ legitimo modo semetipsam obligavit, per istum §. suâ obligatione haud eximatur. Similia caventur in Reformat. Francofurt. *part.* 3. *tit.* 7. §. 3. in verbis: Alsdann soll es auch an den Schulden weiter nicht/ dann die Obligationes und Schuld-Verschreibungen Jhn den letst-lebenden mit besagend/ zu seinem Theil; aber von deß Verstorbenen wegen gar nichts zu bezahlen schuldig seyn. Item in Jure Provinc. Solmensi, *part.* 2. *tit.* 28. §. 7. ibi: Alsdann ist der Letzt-Lebende an den Schulden weiter nicht/ dann den halben Theil/ so er machen helffen/ zu zahlen schuldig/ nec non in vicino nobis Palatinatu, Chur-Pfältz. Land-Recht. *part.* 4. *tit.* 17. §. 1. ibi: Jm fall das Lezt-lebend lieber zu seinen zugebrachten/ ererbten/ oder ihme sonsten gebührenden/eigenthumblichen Güthern greiffen; aber mit deß Verstorbenen nichts zu thun haben wolte/ soll ihme ein solches auch frey stehen/ und also mit den Schulden nichts zu thun haben/ dann allein/ so viel es sich/ neben dem verstorbenen Ehegemächt/ rechtmässiger weise verbunden/ und verschriben; an welche Schuld-Verschreibung und Obligation das Letztlebend/ allein zu seinem Antheil/ alsdann den Creditorn genug zu thun schuldig.

§. XCIX.

Cæterùm si Uxor propter talia communia, in suam quoque fidem recepta, debita, creditoribus quid solvat, id eandem à Marito, vel illius heredibus, ad quos tunc illud omne, cujus gratia tale debitum contractum est, pervenisse censetur, repetere posse, definit Argentræus, *d. l.* ibi: *Salvo adversus heredes Maritorum regressu*, & *ad artic.* 413. *gl.* 2. *num.* 3. *in fin.* Heeser, *de A. C. part.* 2. *loco* 23.

num.

num. 353. Molinæus, *d. l.* ibi: *Salvo suo recursu contra heredes Viri.* Johannes Grivellus, *d. Decis. Dolan.* 20. *num.* 16. & 17. ubi optimè dicit, quòd Uxor, quæ unà cum suo Marito contraxit, pro illo tantummodò fidejussisse tamdiu præsumatur, donec Versio in propriam ejus utilitatem, à Marito, vel ejus Heredibus demonstretur; intellige, quatenùs de hoc ipso regressu adversus Maritum, ejusque Heredes, quæstio est. Nam quoad Creditores, ut videlicet illi, ex ejusmodi causis, Uxorem convenire possint, Versionis in rem probationem non præcisè requiri, eruditè firmavit B. Dn. Lauterbach, *de ære alieno in S. C. contracto.* §. 62. & ipse Grivellus, *d. Dec.* 20. *n.* 3. Tulden. *ad tit. Cod. ad SC. Vellejan. num.* 6. ibi: *Excipe, ubi Consuetudo introducit Communionem.* Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 22. *num.* 11. Hunnius, *encyclop. Jur. part.* 2. *tit.* 5. *cap.* 10. *num.* 27. Gaspar Rodericus, *de annuis reditibus, lib.* 2. *Q.* 5. *num.* 20.

§. C.

Porrò quòd ista Regula, in casu, si aliquid in proprium Uxoris patrimonium pervenisse probetur, notabilem limitationem recipiat, benè addit Grivellus, *cit. loc. n.* 10. & 16. Heeser, *d. l.*

Denique quòd aliud de illo casu sentiri debeat, quando Uxor non simùl cum Marito contraxit; sed demùm post aliquot menses, vel annos, pro debitô à solô maritô contracto, se obligavit, eleganter inculcat laudatus Grivellus, *d. D.* 20. *num.* 29. ubi scribit, ex eo, quòd creditor ab initio solius mariti fidem secutus est, & deindè, mariti facultates suspectas habens, porrò etiam Uxorem obligare sibi voluit, facilè fraudem præsumi, dùm Creditor ideò id procurare intelligatur, ut Uxorem futuræ Renunciationis beneficio excludat. Hincque, tali in casu, si Fœmina beneficio SCti Vellejani, & novæ Constitutionis in *Authent. Si qua mulier. Cod. ad SC. Vellejan.* non in specie & legaliter renunciaverit, eam ipso jure tutam esse, pronunciat Grivellus, *c. l. num.* 29. & 30. ubi dicit, Uxorem, quæ ex postfacto se obligavit, ideò potiùs, quàm illam, quæ unà cum Marito ab initio contraxit, in integrum restitui, quia ultimô in casu Mulier ipsa dat causam contractui & Creditorem decepit, quippe qui utriusque fidem æquè principaliter sequitur, & fortassis aliàs non contraxisset, si Uxor cum Viro sese non obligâsset. In priore verò casu Mulierem ipsam à Creditore mariti lædi, qui, sine Uxore, cum solo Marito, jam

jam contraxit. Sed & illo in casu, quando Creditor ab initio cum utroque contrahit, ille mercem, quam vendit, vel pecuniam, quam credit, utrique tradit, utrique numerat, nec inquirit, vel inquirere de jure tenetur, quid de illa porrò fiat: In altero verò casu nihil prorsùs Uxori tradit, vel numerat. *d. num. 30.* ubi ista, ceu in Praxi utilissima, commendat, & Curiæ Dolanæ judicatis illustrat.

Quid item de illo arcano contractu, quô in tabulis Sponsalitiis, Sponsus Sponsæ promisit, quòd, si ipsa, per tempora constantis conjugii, unà cum Marito, se obligaverit, ipsa tamen à Marito ab omni ære alieno liberanda, & immunis præstanda sit, sentiri debeat? eleganter deducit Antonius Mornacius, *ad L. 10. ff. qui potior. in pign. habeant.*

§. CI.

Restat igitur, ut Uxor, per Renunciationem Acquæstûs Conjugalis, à nullis aliis debitis liberetur, quàm solummodò illis, quæ solus Maritus constante matrimonio, & quidem ob causam socialem, contraxit. Cùm enim hoc ipsum, ut etiam Uxor, ob debita Mariti, ab illius Creditoribus pulsari possit, (hôc non obstante, quòd illa, se nesciâ, vel suum consensum non accommodante, contracta fuerint; Jungat. novissimè Dn. Rösler. *Decc. Saxo Coburgic. Sect. 5. D. 15. num. 120.*) contra regulas Juris Justinianei, *tot. tit. Cod. ne Uxor pro marit.* ubi jungesis Perezium, *num. 3.* consuetudine invectum sit, atque hæc consuetudo in hâc, & ipsâ consuetudinariâ, lucrorum conjugalium communione fundetur; Quare rectè Consuetudo, in favorem Uxorum, etiam illud admisit, ut, renunciando isti communioni, etiam tota Uxoris obligatio collabascat. Videat. Chassanæus, *d. rubr. 4. §. 19.* ad verba: *Faire la renonciation. num. 1.* Giurba, *ad Consuetud. Messan. cap. 16. gl. 8. p. 1. num. 2.* ibi: *Nec Societatis creditoribus ipsa tenebitur.* Sanchez. *de matrimon. lib. 6. Disp. 5. n. 10.* Chassan. *d. rubr. §. 20.* ad verb. *Desceindre. num. 8. vers. Et ratio hujus consuetudinis est.* Damhouder. *in Pr. rer. civil. cap. 18. num. 21.* ubi Brugis hanc dicit consuetudinem obtinere, ut, factâ domûs mortuariæ renunciatione, Vidua de nullis debitis teneatur, nisi ea essent, quæ per ipsam ante contractum matrimonium conflata fuissent, aut de iis ipsamet consensisset,

aut

aut subscripsisset, aut solvere promisisset, aut nisi ea debita, quæ negotiationis aut mercaturæ causa profecta fuissent, quam ipsa cum suo marito communiter, aut sola, cum mariti consensu, exercuisset. Et quæ porrò hîc disserit Dn. Lauterbach, *d. tract.* §. *63.* juncto §. *71.* ubi itidem hunc principem renunciationis effectum, ad æs alienum, à solo Marito, constante matrimonio, ob causam Societatis contractum restringit.

§. CII.

Qualiacunque verò sint, & quantumcunque privilegiata hujus generis Debita, nulli tamen dubitamus, quin Uxor renuncians illis penitùs eximatur. Undè optimè Garsias: Quando, ait, Mulier, renuncians lucra, minimè tenetur solvere Debitum ullum, à Marito, constante matrimonio contractum; quod planũ est, & agnoscunt scriptores omnes. *de Acq. Conjug. num. 155.* Damhouder. *in Prx. rer. civil. cap. 18. num. 21.* ibi: *Quas Conditiones ubi Vidua expleverit*, de nullis *domûs mortuariæ debitis conveniri poterit.* Christinæus, *Decc. Belgic. vol. 1. Dec. 209. num. 6.* ibi: *Onus debitorum mariti arbitrio contractorum effugere renuntiando.* Gudelinus, *de jure noviss. lib. 1. cap. 7, in fin.* Choppinus, *de LLb. And. lib. 3. tit. 2. num. 5.* ibi: *Mulier se exonerat ære alieno* Societatis. Grœneweg. *ad L. 30. num. 3.* ibi: *Ære alieno Maritali. Cod. de jure dot.* Grivellus, *d. Dec. 13. n. 2.* Gamma, *d. Decis. Lusitan. 366.* ibi: *Non tenetur ad Debita, contracta per maritum constante matrimonio.* Domini Antecessores, apud Besold. *d. Consil. 92. num. 5.* ibi: *Nec tamen ad debita constante matrimonio contracta.*

§. CIII.

Isti primo consectariè connexus est hic Secundus Effectus, quòd Uxor, Acquæstui conjugali renuncians, ob debita à Marito, constantis conjugii tempore contracta, à molestiis carceris immunis evadat. Non quidem nos latet, quòd Fœminas de Jure Justinianeo, licet bonis non cedant, pro nullo debito pecuniario carceribus includi integrum sit; *Novell. 136. cap. 9.* & exindè deprompta *Auth. Hodiè. Cod. de custod. reor. Auth. Sed hodiè. Cod. de offic. diversor. judic.* Bachovius, *ad Treutl. vol. 2. Disp. 24. th. 4. lit. c.* Francisc. Salgado de Someza, *in labyr. Credd. part. 1. cap. 41. num. 10.* Colerus, *de processib.*

cessib. executiv. part. 1. cap. 3. num. 163. Sed cùm hanc Juris Communis sanctionem non ubique regionum in usu esse, elucescat ex notatis Jod. Damhouderii, *in Praxi rer. civil. cap. 18. num. 23.* ubi scribit: Multis annis, per Francorum territorium, Viduæ non licuisse ex defuncti Mariti mortuariâ domô cedere, nec eidem libertatem ei renunciandi competiisse; sed ad omnium debitorum solutionem adeò obligatam fuisse, ut, si eorundem causa capta esset, propter illa tamdiu captiva detenta fuerit, donec omnibus creditoribus satisfecisset: quare ultrò hinc patet, etiam istum Effectum, pro consuetudine talium locorum, non absque ratione hîc simùl recenseri.

§. CIV.

Tertius Effectus, Mulieri proficuus, in eo consistit, quòd ipsa, Acquæstibus renunciando, suam Dotem & alia propria Bona, ex communione repetere, & sibi integra retinere possit, ac proindè, per ipsam hanc renunciationem, in eo statu reponatur, ut neque Lucrum, neque etiam Damnum sentire debeat. Nicol. Valla, *d. tract. 13. num. 10.* ibi: *Neq; Lucrum neq; damnum sentire debet.* Garsias, *de Acq. Conj. num. 155.* ibi: *Libereq; Dotem suam sibi habet, nullis hujusmodi debitis obnoxiam.* Dn. Lauterbach, *d. §. 71.* Suarez. *d. tit. de las Ganancias, n. 24.* ibi: *Nec vult habere partem in lucris, nec in debitis; sed contenta esse vult cum Dote sua.* Heeser, *d. part. 2. Loco 16. n. 166. & Loco 23. num. 354.* Sanz. *d. lib. 2. cap. 12. num. 26.* ibi: *Debitis contractis durante matrimonio non teneatur.* Dn. Rösler, *Decc. Saxo-Coburgic. Sect. 5. Dec. 15. num. 111.* ibi: *Utrum illata sua repetere. & n. 121.* verbis: *Nudisq; suis illatis insistere velit.* Grivellus, *Decis. Dolan. 20. num. 22.* ibi: *Sua omnia intacta & illibata referunt, & ex bonis mariti ante omnia detrahunt;* tametsi itâ haud rarò fiat, ut Creditoribus nihil sit reliqui; ut addit *ibid.* Dn. Bardili, *de Statutar. conj. port. θ. ult.* ibi: *Sua præcipere.* Wesel, *tract. 2. cap. 3. num. 141.* ibi: *Fit expers lucri & damni, eoq; sua bona sibi conservat peculiaria.*

Et quòd eadem facultas illata repetendi etiam Mulieris heredibus competat, in terminis definit, præ cæteris, Garsias, *de Acq. Conj. num. 156.* ibi: *Sed & Uxoris mortuæ heres idem efficere poterit, etiamsi Mulier ea lucra ipso jure acquisierit. Habet enim eam, quam ipsa, si viveret, habuisset, facultatem, ut dote contentus, ne debita agnoscat, omittat lucra;* addens, hoc in Hispania receptissimum, & citra dubium esse.

§. CV.

§. CV.

Ubi tamen denuò inter Societatem universalem in specie sic dictam, & simpliciter bonorum, hæc ferè distinctio usu recepta, quòd, quibus in locis universarum fortunarum societas viget, ibi Fœmina universam, sibi hactenùs cum Marito communem, substantiam deserere teneatur, si societatis oneribus eximi velit. Quô factô ipsa quidem nullâ persecutione vel executione à communibus creditoribus, cum quibus nimirum ipsius Maritus solus contraxit, pulsari poterit, hôc eidem solitariô privilegiô indultô, ut securè retineat, quæ posteà parta vel acquisita sunt, veluti Coluber depositis exuviis; sed ex suis allatis ei ne quidem dotem repetere fas est; ut videre est apud Abrahamum à Wesel, *de connub. Bb. societ. tract. 2. cap. 3. n. 141.* ibi: *Apud nos omnem substantiam deserere tenentur, ut Societatis oneribus eximi, neve judiciis executionibusq; inposterum pulsari possint.* juncto *num. praeced. 129.* Damhouder. *in praxi rer. civil. cap. 18. n. 21.* ibi: *Sub hâc conditione, qua cedet universis mortuariæ domûs bonis, tàm à se, quàm à defuncto Marito relictis.* Undè talibus in locis omne non solùm Dotis Privilegium cessat; sed nec in lucris nuptialibus, quæ superstes ex Conjugis bonis stipulata est, vel ex defuncti liberalitate sperat, ulla prærogativa eidem competit. Ex quo est, ut nec donum matutinale, seu Morgengabam, nec Arrhas sponsalitias, nec Annulum pronubum, nec Ornamenta, Sponsæ dari consueta, superstiti Uxori indulgeantur, nisi omni priùs ære alienô deductô; id quod ità specialibus apud Ultrajectinos, Medioburgenses, Bergizomios, Tilenses, Bruxellenses, Cortracenses, Statutis dispositum recitat Weselius, *d. cap. 3. numer. 125.* Anton. Matthæus, *de auctionib. lib. 1. cap. 19. num. 31.*

§. CVI.

In plerisque verò locis, ubi ista Societas bonorum conjugalis est simpliciter bonorum, id recepti moris est, ut, factâ acquæstuum renunciatione, Uxor vel Vidua suam Dotem, Parapherna, & cætera Propria Bona recuperet; ut de usu Hispaniarum testatur Garsias, *cit. loc.* Suarez. *d. l.* de moribus Gallorum, Renatus Choppinus, *de morib. Parisior. lib. 2. tit. 1. num. 21. & num. 23.* ubi Fœminæ, conjugalibus bonis abstinenti, pleraque salva & integra constare, testatur. Idemque juxta mores ubique ferè receptos procedere, gravissimus author est B. Lauterbachius, *d. ære alieno in societ. conjug. contr. solv.*

 §. 71.

§. 71. *num.* 4. & in his quoque terris locum obtinere, haud obscuro argumento est Jus Provinciale, *d. part.* 1. *tit.* 76. §. Nicht weniger. ut notatur ibidem. *num.* 5. & à Dn. Bardili, *de port. Statutar. conjug.* §. *ult.* ubi rectè, cum Besoldo, *ad part.* 4. *tit.* 4. §. Da aber. respondet, ex illo §. haudquaquàm evinci, quòd Uxor, ultra acquæstum conjugalem, de propriis facultatibus, ad debita socialia exolvenda teneatur, cùm hoc assertum multis aliis titulis partis secundæ contrarietur, & utique unum Statutum per alterum limitetur & declaretur. Addatur Jus Provinc. Palatinum, *part.* 4. *tit.* 17. *artic.* 2. ibi: Allein seine eigene/ zugebrachte/ ererbte/ und andere Güther davon abzusöndern. Reformat. Civit. Francofurt. *part.* 3. *tit.* 7. §. 5. ibi: Mit Bitt und Begehren/ ihme zu gestatten/ seine eigene Güther von des erst-verstorbenen Güthern/ mit desselben nächsten Erben/ oder/ im fall dieselbe/ der Schulden halber/ solche Güther erblich auch nicht annemmen; sondern deren gleicher gestalt sich entschlagen würden/ alsdann mit den Creditorn und Glaubigern/ zu separiren und abzutheilen: Welches auch darauff also gestattet und erkant werden solle.

§. CVII.

Nolimus tamen cuiquam suadere, nedùm planè persuadere, ut modò relatam distinctionem inter Societatem universalem in specie sic dictam, & simpliciter bonorum, ubivis locorum, applicare nitatur. Sanè enim quòd inprimis in ista materia conjugalis bonorum Societatis suum cuique Genti ingenium sit & placitum, neque ex aliorum locorum Statutis ad alia securè inferre liceat, non saltem in foro versatissimus Mevius prudenter inculcat, *ad Jus Lubec. part.* 1. *tit.* 5. *art.* 5. *num.* 40. Sed & ipse hic articulus evidenter commonstrat. Quippè, licet hæc Societas, juxta mores Lubecanos, non universalis in specie omnium; sed magis simpliciter bonorum sit; ut patescit ex traditis laudati Mevii, *d. art.* 5. inprimis *num.* 20. & *seq.* & B. Lauterbachii, *de Societ. Bb. conjug. cap.* 1. §. 6. tamen, sicut in aliis, notante Mevio, *d. lib.* 1. *tit.* 5. *art.* 7. *num.* 26. & *seqq.* ità etiam hactenùs de illa participat, ut Fœmina, communioni renuncians, nihil auferat præter tunicam & pallam, sive vestem mediocrem. Mevius, *lib.* 3. *tit.* 1. *art.* 10. *num.* 67. Quibus consequens est, ut tùm Paraphernalia, tùm Dotalia bona cogatur deserere, & nihil, quàm

sola

sola Receptitia, salvet, quæ in communionem non transierunt; sed ità Uxori præcipua manserunt, ut maritus in illis nil juris habuerit, quæ vulgò ein Spil-Geld / oder der Frauen Spar-Hafen appellant. Mevius, *ibid. num. 73.* Addantur, quæ porrò sub distinctione inter Viduam improlem & liberos habentem, juxta Jus Lubecense, ab eodem traduntur, *part. 3. tit. 1. art. 10. num. 61. & seqq* Et tametsi hæc ipsa, juxta Jus Lubecanum facienda, muliebris renunciatio nihil aliud sit, quàm vera Cessio; cujus ea aliqui conditio est, ut bonis cedentem ab obligatione nullatenùs liberet; *L. 1. Cod. qui bon. ced. poss.* Brunus, *tract. de cess bonor. Q. 19. princip. n. 1.* Guido Papæ, *decis. 343.* & *consil. 124. n. 4.* sic, ut semper Creditoribus actio integra maneat, quandocunque Cedentem ad pinguiorem fortunam pervenire contigerit, contra illum intentanda, *L. 7. in fin. Cod. qui bon. ced. poss. L. 2. Cod. de bon. autor. judic. possid. §. fin. ibiq.* Harpprecht. Bachov. Vinnius. *Inst. de action.* tamen Viduam sic cedentem, per eandem, omnimodò ab omni nexu adeò liberari, ut, tametsi deinceps ad pinguiorem perveniat fortunam, Creditoribus tamen defuncti Mariti nihil porrò ex noviter acquisitis facultatibus præstare teneatur, adductis Rationibus benè firmat idem Mevius, *d. artic. 10. n. 74. & seqq.* ubi *n. 82.* aliud simile Hamburgensium Statutum adducit; in verbis: Daß die Frauen ihres eingebrachten Braut-Schatzes halben / in ihres Mannes Schulden / so in stehender Ehe gemachet / nicht allein keinen Vorzug haben; sondern daß auch derselbe Braut-Schatz / wie in gleichem alle andere / Ihr in stehender Ehe angeerbete Güther / vor ihres Manns Schulde gäntzlich hafften und gehalten seyn sollen. Was ihr aber / nach ihres Mannes Tod / oder auch nachdeme derselbe entwichen / anstirbet / dessen hat Sie billich / sampt ihren Kindern / zu geniessen / und haben ihres Mannes Creditorn keine Forderung oder Zuspruch daran / es seye dann daß Sie sich anders verschriben. In vicina nobis inclyta Imperii Ulma hanc connubialem bonorum societatem similiter magis simpliciter bonorum, quàm universorum in specie bonorum esse, non unus nos passus Statutorum illius edocere videtur; & hôc tamen non obstante in *partis 1. tit. 9.* disertè disponitur, quòd, si Vidua, vel Uxor debitoris viventis, ejus æs alienum, vel antè, vel stante conjugio contractum, exsolvere renuat, licentia eidem competere debeat, vor dem Rath zu erscheinen / und die Schlüssel / wie

wie von Alters herkommen / zu überantworten / und sich also aller ihres Ehemanns / und mit denselben / auch ihrer Errungenen Haab und Güher zu entäussern/und den Gläubigern heimzuschlagen / auch von ihres Manns / und ihren eigenen Güthern / mehrers nicht / daun wie sie die Gürtel beschleusst / hinnemmen/und/ wa solches alles beschehen/ alsdann erst derselben Schulden halben/ hiernacher unangefochten verbleiben solle; ohngeachtet/ob Sie schon/ nach demselben heimschlagen/in Erbs-weiß/oder durch andere Weg/ und glücklichen Zustand/ widerumb etwas erobert und bekommen hätte. Illud apud Iprenses planè singulare est, quòd, licet Vidua omnibus bonis, tàm à suo latere profectis, nuptialibus, quàm aliis quibusvis, ambobus conjugibus ante mortem communibus, cesserit & renunciaverit; ipsa nihilo seciùs in dimidia omnium ejusdem mortuariæ domûs debitorum, post publicam auctionem, & creditoribus factam addictionem, semper maneat onerata. Damhouder. *in praxi rer. civil. cap. 18. num. 22.*

§. CVIII.

In hoc Patrio nostro Foro, eódemque cum illô jure utentibus, Uxor vel Vidua non solùm sua Bona Receptitia repetit; sed & cætera omnia ad ipsam spectantia; tùm in connubialem hanc societatem à se Illata, & quæ vulgò sub idem hoc nomen coguntur, constante conjugiô, titulô Donationis, Hæreditatis, Legati, aliisque similibus, ab aliis quibusvis, tùm ab ipsô Maritô bona fide acquisita.

Itaque primò talis Fœmina recuperat Dotem à sese illatam, per *d. tit. 76. part. 1.* Land-Recht. §. Nicht weniger: ibi: Ihr zugebracht Heuratguth. Videatur de similibus Locorum Statutis Reformat. Civit. Wormat. *lib. 5. tit.* 2. Weitter ordnen und setzen wir. ibi: Ob sich begäbe / daß ein Mann/ von Schulden wegen/ auffbrüchig / und flüchtig würde / oder so arm / daß er nicht zu bezahlen hätte / also / daß die Schuld-Herren oder Glaubiger auff ihne trüngen / und seine Güther anfielen / und deß Manns Güther nicht gnugsam wären/die Schulden zu bezahlen; so solle doch die Ehe-Steur der Frauen in solchem nicht angetastet werden noch verpflicht seyn; sondern vor allen dingen / der Frauen/ dieselb ihr Ehe-Steur folgen

und

und werden vor allen Schuldnern. Simon à Grœnewegen, *d. LL. abrogat. ad L. 30. num. 1. & 7. Cod. de jur. dot.* ubi Dotium privilegia in Hollandia abrogata dicit, nisi Mulier bonis conquisitis renunciet. Garsias, *d. num. 155.* ibi: *Libereq; dotem suam sibi habet, nullis debitis obnoxiam.* Christinæus, *ad LL. Mechlin. tit. 9. art. 8. in addit. ad num. 14.* ibi: *Vidua non-mercatrix, quæ de debito solvendo se non obligavit, bona dotalia salva habet & à debitis libera.*

Dos itaque Uxori duntaxat promissa & non numerata hùc neutiquàm pertinet; per *L. 12. §. 1.* ibi: *Si tamen re ipsa fuerint parti Mariti datæ. Cod. qui potior. in pign. habeant.* Beuther. *de jure prælation. credd. pag. 70.* Haberkorn, *de concursu Credit. cap. 2. n. 145.* nisi quòd tamen huc porrigenda sint illa, quæ tradit B. Dn. Lauterbach, *in tr. Synopt. de legali hypoth. §. 4. th. 21. & 22.* ubi etiam ea, quæ ibid. in *thesi 23. & seqq.* traduntur, B. L. seriò commendamus.

§. CIX.

Secundò, sua bona Paraphernalia, quæ ipsa Marito, præter dotem suam, attulit, eorumque administrationem, expressè, vel tacitè, eidem mandavit; per illa generalia Juris Provincialis verba: **Und was sonsten mehr von Ihr herkommen.** in *d.* §. Nicht weniger sollen. junctis iis, quæ legimus in *part. 4. tit. 4.* §. Also auch. ibi: Sampt dem jenigen / so Sie / **neben dem Heurath-Guth / in andere weg gehabt.** Ubi utiq; non ad tempus excitati Concursûs, vel Mortis mariti, aut ipsius Uxoriæ renunciationis; sed ad tempus matrimonii contracti, & illationis, respiciendum erit; juxta ea, quæ in simili habet Dn. Stryke, *de Success. ab intest. Diss. 4. cap. 3. §. 44.* ibi: *Ubi Maritus Uxoris heredibus illata restituere cupit, repudiatâ portione Statutariâ, observandum, non ex solo* Mortis *tempore consignanda esse Bona; sed præcipuè illa, quæ ab Uxore illata sunt* ipso nuptiarum tempore esse exprimenda, ut indè constet de quantitate illatorum. Et in Præjudic. ibid. subnexo, de Anno 1679. ibi: Daß Er nicht allein das jenige / was tempore mortis vorhanden gewesen; sondern auch alles / was Sie an Mobilien, und sonst / zu ihm eingebracht / ingleichem wie viel von ihrem Zinn unter das Seinige vermenget / ordentlich specificire; welches er nachmahls / im fall Cläger einige defecta anzeigen könte / mit einem cörperlichen Eyde zu bestäthigen verbunden ist. V. R. W.

Dictô nomine, Tertiò, procul dubio quoque veniunt constante Conjugio Uxori delatæ Hereditates, Legata, Fideicommissa, Donationes, tùm mortis causa, tùm inter vivos, in illam collatæ; *d.* §. Nicht weniger. & §. Also auch. in verbis: Oder von ihrer Lini ererbt/ oder ihr sonsten vermacht/ verschafft/ oder einig und allein/ und nicht von des Mannes wegen (Quæ ultima verba, ex illis, quæ differit *Dn.* Lauterbach, *de Societ. Bb. conjug. cap. 4. §. 25. & 26.* optimam recipiunt interpretationem.) vergabet worden. Adde Dn. Lauterbach, *d. dot. collat. part. 2. resol. 1. num. 23. & 25.*

Et quæ porrò ad hanc classem de jure referri possunt, vel debent. Permittitur enim Fœminis omnia propria sua bona repetere integra, Lauterbach, *de ære alieno in soc. conjug. contr. §. 71. num. 4.* ibi: *Ut suam Dotem, & omnia sua Bona propria repetere & sibi retinere possit integra.* Quomodò etiam Ordinatio Provincial. Nassovica loquitur in *part. 4. cap. 15. §. 2.* ibi: Was es in die Ehe gebracht/ oder ihme darinnen absonderlich ist geschencket/ oder von seinen Eltern oder Anverwandten aufferstorben.

§. CX.

Sed quid, Quartò, dicendum de Donationibus ab ipso Marito in Uxorem collatis? Vestigium & hic Sereniss. LLator in *d.* §. Nicht weniger. nobis exhibet in Morgengaba, quam Uxori vel Viduæ obærati debitoris nuncupatim transcribit, in verbo: Morgengaab. Nec à verò abluserimus, si hanc dispositionem etiam ad Sponsalitias Largitates & Arrhas, in individuo Roderic. Suares, *de lucris mariti & uxor. tit. de las ganancias. num. 24. circa fin. pag. nob. 23. lin. penult.* ibi: *Volens contentari cum Dote &* Arrhis suis. imò etiam ad alias, florente adhuc Conjugali Bonorum Societate, bona fide, in illam collatas Strenas, aliaque similia modica xenia, inter Conjuges usu Fori approbata, porrigamus. arg. *d. textûs*, & eorum, quæ in genere de his differit Struv. *Exerc. ad ff. 30. th. 29.* Carpzov. *p. 2. C. 13. D. 20.* Secùs autem sine dubio de illis sentiendum, quæ maritus jam satis facultatibus lapsus, sub titulo cujuslibet donationis, in illam devolvit.

§. CXI.

§. CXI.

De muneribus Nuptialibus, denen Braut-Tafel-Geldern / oder Hochzeit-Geschencken / quòd aliud dicendum sit, & Fœminæ, Acquæstibus renuncianti, nihil indè debeatur, exindè patescit, quòd eadem Acquæstuum partem constituant; per sancita in Jure nostro Provinciali, *part. 3. tit. 7. pag. 350.* observante Lauterbachio, *de ære alieno. in societ. conjug. contracto solv. §. 13. num. 7. & sqq.* Addatur Wesel, *de connub. Bb. societ. tr. 2. cap. 2. num. 108.*

§. CXII.

Sed tamen & hoc non universaliter affirmari valere, ex iis liquere potest, quæ his ipsis, dùm hæc sub prælo sudant, diebus, Amplissima hîc loci Facultas Juridica, ad Judicem Vayhingensem, in der Krönizerischen Creditor-Sach / his formalibus respondit: Und in solche dritte Class, Creditorum videlicet hypothecariorum, gehöret deß Schuldners nachgelassene Wittib auch ratione der Einhundert und achzig fl. Hochzeit-Geschenck / wann anderst in facto sich wahr befinden solte / daß bey ihrer Verheurathung die Abrede zwischen der Mutter und denen damahls verlobten jungen Leuthen dahin gepflogen worden / daß die Mutter die Hochzeit-Kosten vorschiessen / und dagegen die Hochzeit-Geschencke einziehen / auch mit denenselben / nach ihrem Gefallen / zu disponiren berechtiget seyn solte: Welchen falls die hernachmahls der Tochter überlassene Summ der 180. fl. zu ihrem in die Ehe gebrachten Guth billich geschlagen / und darfür angesehen wird / als ob der Sponsus seines / über Abtrag der Hochzeit-Kosten / an solchen Geschencken gebührenden Antheils sich entschlagen / und demselbigen / ipsô hôc factô, renunciirt hätte. Neque enim dubitandum est, quin Sponsus quoque ante consummationem matrimonii portioni Acquæstûs conjugalis validè renunciare possit; arg. *L. 48. ff. de pact.* J. Prov. Würtemb. *p. 3. tit. 7.* §. Wann Eheleuth. verbis: Ohne sonderbahre Paction, &c. Henel. *de jure dotalit. in mantissa de commun. bonor. int. conjug. pag. penult. & ult.* Christin. *Decc. Belgic. vol. 3. Dec. 135. num. 16.* Dn. Lauterbach, *de ære alieno in S. C. contr. §. 9. num. 7.* Dafern aber dergleichen Abred / cum annexâ, ex parte Sponsi, expressâ vel tacitâ Renunciatione, nicht erfindlich / so mag die Wittib / auß

auß disem allein/ daß die Mutter Ihr die Hochzeit-Geschencke völlig überlassen/ sich dieses Posten mit Recht nicht anmassen/ dieweilen/ wann/ über Abzug deren Sumptuum nuptialium, etwas erweißlich bevorgebliben seyn solte/ solche Geschencke/ nach klarer Verordnung unsers Fürstl. Land-Rechts *in part. 3. tit. 7.* §. Wann Eheleuth. ibi: An allen in währender Ehe errungenen und gewonnenen Güthern (darunter auch das jenige/ was denen Eheleuthen zu ihrer Hochzeit verehret worden/ zurechnen.) unter der Errungenschafft/ deren die Wittib sich/ als offtbesagt/ begeben/ gezählet werden. Mit denen von der Mutter vorgeschossenen Hochzeit-Kosten aber hat es dise beschaffenheit/ daß/ weilen die Mutter dieselbige ihrer Tochter/ non donandi; sed repetendi animo, (id quod in dubio de Jure præsumitur; arg. *L. 11. & 15. Cod. de negot. gest.* Carpzov. *J. F. part. 2. C. 12. D. 38.* Mevius, ad *Jus Lub. part. 2. tit. 2. artic. 12. num. 79.*) subministrirt; welche Sie/ bey künfftigem Sterb-Fall/ an ihrer Erbs-Portion, zur Gleichstellung ihrer übrigen Geschwistere/ sich abziehen lassen muß/ per tradita Finckelthusii, *Obs. 66. num. 11. & seqq.* Carpzov. *part. 3. C. 11. D. 22. & seqq.* Stryk. *de succession. ab intest. Diss. 11. cap. 4. §. 8.* Brunnemanni, ad *L. 1. num. 35. ff. de dot. collat.* ihre Allata dardurch vermehret/ und mit denen übrigen Paraphernal-Güthern in eine Class collocirt werden müssen.

§. CXIII.

Tandem, Quintò, tali Fœminæ, ex massa Bonorum, suas etiam Vestes, Clinodia, & id omne, quod ad corpus ejus pertinet, ihre Kleider/ Kleinodien/ und was zu ihrem Leib gehöret/ præcipere permittitur, in *sæpè cit.* §. Nicht weniger. Ubi tamen omninò inter Vestes, & Jocalia ab Uxore allata, vel durante conjugio ab aliis eidem donata, legata, vel ab illa jure hæreditatis acquisita, & ea, quæ ipsa, extra Vestem nuptialem à Sponso donatam, constante Conjugio, ex massa bonorum, annuente, vel dissentiente marito, sibi confici curavit, distinguendum videtur, ut illa quidem omnia Uxori reddenda sint; quoad hæc verò, ne quid vel durius vel remissius statuatur, omnium circumstantiarum sollicitam rationem arbitramur habendam esse, ut neque delicatæ & in talibus nimium

miùm sumptuosæ Uxoris, quamvis non directò in Mariti Creditorum defraudationem; ipsô tamen effectu in ipsorum perniciem, magno numero & cumulo parata Jocalia, Clinodia, Vestimenta, cum notabili decremento communis massæ, anhelantis prætensio, neque etiam Creditorum, vix calanticam & Pallam, eine Heuckhe und Rockh/ ex Lubecana Jurisprudentia, eidem obtrudere, atque ità eandem ex domo Mariti expellere cupientium, onerosa voracitas, à Judice cordato attendi debeat, rem omnem modicè atque ità euratuero, ut tùm nostri Serenissimi LLatoris indefinitam generalitatem, in *d.* §. Nicht weniger sollen/ &c. tùm & illam, in aliis lautioris adhuc fortunæ terminis, in *d. part. 4. tit. 4.* §. Also auch. in verbis: **Und was sonsten ohngefährlich zu ihrem Leib gehöret.** ut & illis: **zu ihrem Vortheil.** ab eodem enixè comendatam moderationem præoculis habeat. Conferantur, quæ in simili ab Ulmensium Statutorum nobilissimis Conditoribus saluberrimè inculcantur *in part. 1. tit. 19. art. 2 & 3.* ubi ità signanter hac de re cautum legimus: Dieweil sich auch etwan begibt und zuträgt/ daß die Ehemänner ihren Weibern/ in Zeit währender Ehe/ köstliche Kleider und Cleinoder/ zu der Gläubiger Gefahr/ oder je Abgang/ Nachtheil und Schaden/ anmachen und schencken/ sich auch sonst mit Silber-Geschirr/ köstlichem Haußrath/ und anderem überflüssig überlegen/ ist hiemit verordnet/ wenn einer/ Schulden halben/ entweicht/ oder mit Tod abgangen/ und nicht zu bezahlen hätte/ und seine Gläubiger/ ihrer Schuld-Forderungen halber/ seine Haab und Güther anfielen/ und gemeldte Gefahr und Ungebühr erwisen wird/ soll Ihr der Frauen zu forderst das **Bett** und **Bettstatt**/ darinnen beede Ehe-gemächt gelegen/ und dann ihre **Kleider**/ **Kleinoder**/ **Geståuch**/ **Gewand** und **Gebånd**/ was Sie dessen **zu ihrem Mann gebracht**/ oder aber Ihr/ **auff ihr Hochzeit**/ durch den Mann/ oder andere Leuthe/ **verehrt**/ deßgleichen alles **Silber-Geschirr**/ und ander **Haußrath**/ so Sie ihrem Mann **zugebracht**/ und der halbe Theil deß Silber-Geschirrs/ so Ihnen beyden auff ihr Hochzeit geschenckt worden/ (Hæc apud nos, & aliis in locis, non obtinere jam proximè notavimus) und noch vorhanden wäre/ zum Vorauß folgen. Aber die Kleider/ Kleinoter/ Geståuch/ Gewandt und Gebånd/ so der Ehemann/

hemann / seiner Haußfrauen / in währendem Ehe-Stand angemacht / oder Ihr geschenckt hätte / item das übrige Silber-Geschirr / sampt allem anderem Haußrath / soll zum gemeinen Guth geschlagen werden: Jedoch seyn in diesem die gemeine tägliche Kleider / so der Ehemann seiner Haußfrauen / in Zeit währender Ehe / angemacht oder geschenckt hätte / nicht gemeint; sondern sollen der Frauen zu forderst auch folgen. & in Reformat. Wormat. *part.* 5. *tit.* 2. §. Weiter ordnen. ibi: Kleider und zimmlich Kleinod zu ihrem Leib gehörig: ubi porrò hoc additur, (ficut idem in proximè à nobis relato Statuto Ulmensi similiter disponitur,) daß in solcherley Fällen die Frau auch ein Bett / mit aller seiner Zugehörde / frey zuvor außnemmen und wöhlen möge.

§. CXIV.

De eo: Si maritus graviter obæratus, dolo malo alterius, vel per culpam occisus sit, & post formatum Creditorum concursum, factamque Acquæstuum renunciationem, ejus Vidua, intentatâ utili Legis Aquiliæ Actione, ad id, quod interest, (Quod cædem expiantem pecuniam mulctatitiam appellat Choppinus, *de morib. Parisior. lib.* 2. *tit.* 1. *num.* 23.) egerit, & notabilem quantitatem obtinuerit, an Vidua eandem præcipuam habeat? disquirit, & affirmativè decidit laudatus Choppinus, *cit. loc.* & *de LL. Andium, lib.* 2. *tit. penult. art.* 3. Carolus Molinæus, *ad artic.* 2. *Insulanæ Belg. consuetud.* arg. *L.* 10. verbis: *Nec tamen, si egerit, hæreditarios Creditores timebit, cùm, etsi per hæreditatem obtigit hæc actio, nihil tamen ex defuncti capiatur voluntate. ff. de sepulchro violat.* Quemadmodum enim Filius, pecuniam accipiens, ut pacem ineat cum homicida, non ut hæres; sed ut Filius, eandem accipit; arg. *d. L.* & *L.* 20. §. *fin. de acq. vel omitt. hered.* Undè ille, citra jus & nomen hæredis, pacem cum Homicida benè potuit inire, cùm negotium hoc ad ipsum jure sanguinis pertineat; post Bartolum, Baldum, Angelum, Albericum & Boërium, Choppinus, *cit loc. in marg.* Mantica, *de conject. ultim. volunt. lib.* 22. *tit.* 9. *num.* 9. Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 101. *num.* 84. Ità etiam Vidua conjugalium lucrorum communionem benè poterit abnuere, & tamen ejusmodi pecuniam accipere.

§. CXV.

§. CXV.

Ex eodem principio etiam hujus Quæstionis definitio dimanat: Utrum, si Vidua, v. grat. Professoris, vel Pastoris Ecclesiæ, & nonnullis in locis etiam Officialium, suam Dotem & alia illata repetat, & èòntra Acquæstui conjugali renunciet, ipsa nihilosecciùs ad perceptionem Anni gratiæ, des Gnaden-Jahrs / cujus vi scilicet Salarium & Reditus, nonnullis in locis totius Anni, alicubi Semestris, ut in terris Saxonicis, notante Carpzovio, *J. F. p. 2. C. 5. D. 9. num. 2.* & *in Jur. Consist. lib 1. Def. 183.* ex quo etiam nomen deß halben Gnaden-Jahrs; Addat. Brunnemannus, *de jure ecclesiast. lib. 2. cap. 5. §. 12.* ibique Dn. Stryk. *in addition.* alibi nonnisi unius Trimestris, (ut in inclyta hac nostra EBERHARDINA quoad Viduas Professorum, & in toto Ducatu quoad Viduas Pastorum Ecclesiæ moris est;) defuncti Viduæ & Liberis præstantur, perindè acsi ipse per totum illud tempus adhuc superstes illud munus obiret, (jungat. Rauchbahr. *Qq. illustr. part. 1. Q. 25. n. 12.* & inprimis Cothmannus, *Resp. Academ. 46. num. 17. & sqq.* ubi optimè in hujus humanissimi Beneficii Rationes inquirit,) admitti debeat? Nimirum, cùm Vidua hoc ipsum beneficium non à suo Marito; verùm ex Principali providentiâ accipiat; ut in simili loquitur JCtus in *L. 22. de adoption.* ea verò, quæ Vidua non à suo Marito; sed aliundè habet, ipsa benè retinere possit, licet Hereditate maritali abstineat, omnemque simùl conjugalem Acquæstum à sese abdicet; arg. *d. L. 22. §. 1. de adoption. L. 46. famil. ercisc. L. 8. §. 14. de inoffic. testam. L. 68. princip. de Leg. 1.* ut de hac Q. quoad Liberos formatâ benè sentit Carpzovius, *d. C. 5. D. 9.* Et, 2.dò, hoc ipsum beneficium Anni gratiæ Viduæ & Liberis indistinctè concedatur, sive Vidua, Acquæstu renunciato, illata sua repetat, sive non; quarè rectè ab omnibus DDbus traditur, quòd, insuper habitâ hâc Renunciatione, Vidua tamen ad hujus beneficii *κοινωνίαν* admitti debeat. Pro qua decisione statuminanda etiam illud valdè facit, quòd hoc ipsum beneficium in singularem Viduarum favorem & solatium introductum, consequenter in illarum læsionem & odium nullo modo detorquendum sit; juxta regulam *Leg. 6. Cod. de LL. Cap. Quod ob gratiam. eod. in 6. L. 14. Cod. de procurator.* Hoc verò per indirectum fieret, si videlicet

delicet Vidua, anno gratiæ potitura, jure, Dotem, cum cæteris Illatis, repetendi, lucrisque conjugalibus renunciandi, se exutam videret. Dn. Stryke, *de anno grat. cap. 7. num. 6.* Adde quòd Privilegia semper ità explicanda sint, ut aliquid ultra Jus Commune operentur; per tx. & autoritates Taboris, in *axiomat. lib. 14. cap. 83. axiom. 14.* Jure verò communi Uxori non saltem repetitio Dotis; verùm etiam Hypotheca singulari prælationis privilegio munita, isto nomine concessa est. *L. un. Cod. de R. uxor. act. L. 12. Cod. qui potior. in pign. hab. §. 29. Inst. de action.* eo quòd nempe Dos Uxoris proprium patrimonium sit, & in ejus dominio, etiam stante conjugio, naturaliter manserit. *L. 30. Cod. de jure dot. L. 3. §. 5. de minor. L. 14. princ. ad L. Falcid. L. 75. de jur. dot.* Hahn. ad Wesembec. *tit. de jure dot. num. 7.* Repetit itaque Dotem, cum reliquis illatis, Jure Communi; Fructus autem anni gratiæ, ex mera & vera, vel ipsô hôc nomine id demonstrante, notante Stypmanno, *de Salar. clericor. cap. 11. num. 38.* Principis munificentiâ, cum connubiali Bonorum Societate, & Hereditate defuncti Mariti omninò nihil commune habente; ut ob id tanto magis concurrere possint. Quando enim in una eademque persona duæ diversæ Qualitates concurrunt, quarum quælibet per se suum effectum producere potest, tunc altera alteri haudquaquàm derogat. arg. *L. 1. §. Consules.* ibique Baldus, *ff. de offic. Consul.* Joh. Petrus Surdus, *consil. 91. num. 19.* prout hanc in rem optimè commentatur Carpzovius, *in Jur. Consistor. lib. 1. Def. 214. num. 7. cum sqq. & in Jur. For. p. 2. C. 5. D. 11.* Dn. Stryke, *de anno grat. cap. 7. n. 6. & sqq.* Sigism. Finckelthaus, *de jure patronat. cap. 6. n. 94.*

§. CXVI.

In contrarium quidem illud non ineptè moveri & urgeri videbatur, quòd, cùm Vidua Mariti sui hereditati renunciaverit, ejusque Heres esse nolit, ipsa etiam Anni gratiæ, vel ex eo, haud capax sit, quia Hereditas est aliquid individuum; Hotomann. *Q. 21. per integr.* Martin. Beneckendorff. *ad L. 2. de R. Jur. fallent. 10. sect. 2. membr. 5. part. 1. Cent. 1. num. 81.* quæ proindè non potest pro parte retineri, & pro reliqua parte repudiari; & quæ plura his similia, de casu, quo Liberi Patris hereditati renunciârunt accumulat Berlichius, *Dec. 340. per tot.* Sed ad hæc ab eodem rectissimè reponitur, quòd Annus gratiæ, Fructusque ex eo provenientes, sint aliquid à Mariti hereditate omnimodò separatum; cùm utique Maritus istos Fructus in suo patrimo-

trimonio non habuerit, nec post sese reliquerit; Hereditas verò nihil aliud complectatur, quàm quod Defunctus ipse in bonis habuit, & moriens reliquit. *L. 62. de R. Jur.* Quibus convenienter verissimè dicit, quòd maritalis Hereditatis repudiatio, ad istos Fructus, tanquàm aliquid separatum, non debeat extendi; per tradita Croti, *ad L. Qui Romæ. 122. §. Duo fratres. num. 70. ff. de verb. obligat.* eò quòd illa stricti sit juris, ac proindè ad diversa nullo modo extendenda. Philipp. Decius, *consil. 466. num. 19.* Aymo Cravetta, *consil. 242. num. 6.* Nam & hoc, quòd Hereditas sit aliquid individuum, non satis expeditum est, & contrarium, quòd illa potiùs aliquod dividuum haberi debeat, deducit Gœddæus, *in tract. de contr. & committ. stipulat. cap. 6. conclus. 22. num. 302. 303. & sqq.* præprimis *per tx. in L. 9. §. 12. ff. de hær. instit.* Et si vel maximè individuum quid esset; tamē hîc non de tali re, quæ Maritali Hereditati jam incorporata, & cum illa individuū corpus constituit; sed de aliquò separato, quod demùm, delatâ Hereditate, extrinsecùs supervenit, Viduæque & Liberis, singulari favore, non tàm in solatium, quàm in aliquod ipsorum egestatis & inopiæ levamentū, adjicitur, (Jungatur Rauchbahrus, *d. Q. 25. num. 26.* Stypmann. *d. cap. 11. num. 38. & sqq.*) quæstio est; prout pluribus hæc statuminat Berlichius, *d. l.* Ex quo non solùm notabiliter Consistorium Lipsiense, Anno 1634. d. 14. Januar. ità pronunciavit: Dieweil das eingebrachte Guth der Wittiben / als deß verstorbenen Pfarrers gewesenen Ehe-Weibe / zustehet / und Sie solches / als ihr Eigenthumb / zu fordern berechtiget ist; das halbe Gnaden-Jahr aber der Wittiben / nicht als ein Erbstuck / gereichet; sondern von Chur-Fürstl. hoher Obrigkeit / auß blosser Gnade / gegönnet und zugeeignet wird / so ist Sie auch dasselbe Einkommen / über das eingebrachte Ehe-Geld und Gnade / zu fodern wohl befugt / &c. ap. Carpzov. *in Jur. Consist. d. Def. 214. num. 8.* verùm etiam Domini Scabini Lipsienses, in eandem sententiam, tùm adversus defuncti Pastoris Creditores, suam satisfactionem ex anni gratiæ reditibus prætendentes, Anno 1633. his formalibus responderunt: Dieweil aber dennoch / nach absterben euers Pfarrherrns / der hinterlassenen Wittib und Erben / vermöge Chur-Fürstl. Sächsischer Kirchen-Ordnung / die halb-jährige Pfarr-Einkunfft / als eine sonderbahre Begnadigung / zustehet / und also mit des verstorbenen Pfarrherrn Erbschafft nicht vermenget / noch des Pfarrherrn Schulden darvon bezahlet

 werden

werden dörffen/ ꝛc. in laudati Carpzovii *Jur. For. p. 2. C. 5. D. 10* ubi etiam ex Rauchbahro, *d. Q. 25. num. 23. & sqq.* præter alia, quæ ibidem videri possunt, benè urget argum. *ex L. fin. cum seq. Authent. Cod. de pignor. Nov. 53. cap. 5. & Nov. 97. cap. 4.* ubi in illis Commodis, quæ, mortuis Militantibus, eorum Heredibus, pro tenore communis militantium placiti, vel divinæ seu Imperatoriæ sanctionis, beneficium tale præstantis, dari solent, *(d. L. fin. Cod. de pignor.)* Creditoribus nihil prorsùs juris competere dicitur: Cui eidem beneficio isti reditus anni gratiæ haud ineptè comparantur: Tùm & contra defuncti Pastoris Liberos, qui Uxorem, illata sua repetentem, à reditibus anni gratiæ submovere volebant, in eadem illa causa, ità porrò judicârunt: Obwohl vorgedachte Wittib zu ihrem Einbringen gegriffen; dahero Sie die Kinder zu denen halb-jährigen Pfarr-Einkünfften/ das Gnaden-Jahr genant/ nicht zuzulassen gemeinet seyn. Dieweil aber dennoch solches Gnaden-Jahr der hinterlassenen Wittib und Erben/ als eine sonderbahre Begnadigung/ zustehet/ so wird auch mehrgedachte Wittib/ zugleich/ nebenst ihrem Einbrigen/ zu solchen halb-jährigen Pfarr-Einkünfften/ zu gleichem Theil/ billich zugelassen. V. R. W. *d. Const. 5. Def. 11.* ubi auto, præter hoc, Præjudicium subjungit. Addatur omninò Matthias Stephani, *ad d. Nov. 53. num. 30. & sq.* Stypmann. *d. cap. 11. num. 79.* Finckelthaus, *de jure patronat. cap. 6. n. 108.* ubi aliud Consistorii Lipsiens. Præjudicium exhibet. Dn. Lauterbach, *de salariis, §. 44.* ubi omnia hîc tradita suo etiam suffragio roborare non dubitat.

§. CXVII.

Cæterùm aliud obtinere in residuo Salarii à defuncto Marito jam deservit, ut vulgò loquuntur, vom Außstand der bereits/in deß Mannes Lebzeiten/ verfallenen Besoldung/ vel ex eo patescit, quòd salarium à Marito adhuc vivô promeritum, jam tùm in bonis, dùm ipse defungitur, existere censeatur, ac proindè, cum reliquo illius patrimonio, ad Heredes, quà tales, transmittatur, omnibusque oneribus hereditariis subjaceat; advertente Brunnemanno, *de jure Ecclesiast. lib. 2. cap. 5. §. 11.* ibique in addition. Dn. Strykio. Stypmanno, *de salar. cap. 11. num. 34.* Carpzovio, *J. Consist. lib. 2. D. 178.* ubi ità supremum Consistorium Dresdense: Daß von der Wittben vor allen dingen zu erfragen/ ob Sie ihr eingebrachtes Guth/ beneben der Gerade/ oder von ihres Manns Verlassenschafft den dritten

ten Theil begehre? Auff den ersten Fall wird Ihr nichts von deme/ so der Pfarrer bey seinem Leben verdienet gefolget; sondern Sie lässet sich an ihrem Einbringen und der Gerade begnügen/ ꝛc.

§. CXVIII.

Cùm autem Uxor, mediante hôc Renunciationis beneficio, suam Dotem & reliqua Illata recuperet, quocircà, si Fœmina, in regno Galliarum usitatæ Mobilium communioni, unà cum Acquæstibus, renunciaverit, hac occasione, ibi porrò disceptatum recenset Choppinus: An jura de Dotis collatione talem alterationem exindè recipiant, ut, si ejus Sorores acceptorum fundorum æstimationem, itemque res mobiles pro Dotibus acceptas, in Hereditatem paternam conferant, illa omnia Uxori, ex eo, quòd ipsa Mobilibus renunciaverit, auferantur, & Maritum vel ejus Heredes sequantur? ubi ipsa laudati Authoris verba adducere operæ pretium ducimus, qui ità: Prætereà, inquit, muliebre jus collationis nummorum dotalium, à coheredibus debitæ Sororibus, non tollitur repudiatione Moventium cum Marito communium, nec ad hujus Heredes transfusum putatur. Collationis enim debitæ compendium, ceu fundi hereditarii pretium, auget mulieris patrimonia, cui Sorores ampliorem Dotem, à Parentibus prærogatam, tenentur in medium conferre. Quodsi ipsius Coheredis malint nummariâ collatione defungi, quàm tantidem æstimata Heredia mulieri relinquere, haud ideò Æris summa, quasi mobilis, heredibus Viri accrescit, illâ uxoriâ Moventium repudiatione. Nam ut venditi muliebris fundi pretium, quod die soluti matrimonii extat, censetur eôdem, quô Fundus, immobili jure, nec conjugali Societati, cui renunciârit Vidua, confusim advolvitur: Sic pecuniariæ collationis Jus, ex Hereditate Uxoris propria, solidum exercetur ab ipsâ Vidua, nec, bonorum communium cessione, Heredibus Socii Mariti accedit cumulo quodam & incremento.

E contrà autem Vidua conjunx, quæ communione bonorum abstinet, iniquè ab heredibus Mariti indemnitatem postulat conferendæ nummariæ Dotis, quam Fratres coheredes ab eô exigunt in herciscunda Parentum familia. Vix est quippe, ut Collationis munus sustineat Maritus exter, nec heres propinquorum Uxoris, sententiâ Claudii Tryphonini, in *L. ult. π. de dot. collat.* Quam enim is Dotem sum-

sit

sit pecuniariam, conjugalis Familiæ bonis permiscuit; à quibus si ultrò abscesserit Mulier, de seipsa queri debet, nec semel confusum dotale Æs mobile potest illinc auferre, quod suis Coheredibus subindè conferat, &c. *de morib. Parisior. lib. 2. tit. 1. num. 23.*

§. CXIX.

Quando itaque Uxor, vel Vidua mulier, abdicatò Acquæstu, se suis illatis contentam fore dicit, jam porrò hic Qr: An ipsius illata in eâ bonitate restitui debeant, in quâ fuére tempore illationis; an verò in eâ, in qua modò sunt tempore restitutionis? Pone enim Uxorem Marito suo lectos, lintea, & similia supellectilia, tanquàm dotis accessoria, vel ceu paraphernalia, attulisse, quæ deindè legitimò & licito suo usu attrita, vel deteriora facta, anne Uxor illorum æstimationem, qualis tempore contracti Matrimonii fuit, prætendere poterit? Vel admittere tenebitur, ut insigniter imminutò eorum pretiò, in statu præsenti illata reddantur? Pone item ab Uxore illatas Ædes, per Belli vel aliam calamitatē flam̄is esse absumptas, an Uxor illarum æstimationē jure poterit prætendere? Et quid si res fungibiles, seu pondere, numero, mensura constantes, quarum usus in ipsarum consumptione consistit, vel titulo dotis, vel paraphernorum, ab illa illatæ; sed omnes consumptæ sint? Equidem Heeserus illata regulariter in eâ bonitate putat restituenda esse, in quâ sunt tempore restitutionis: Nisi scilicet culpa Mariti, saltem levi, deterioratæ, vel illarum Æstimatio adjecta fuerit: Tùm enim periculum in Maritum devolvi, licet usu Uxoris attritæ fuerint, ex Decisionib. B. Brunnemanni, *sent. 1. Dec. 2.* in suo *tract. de acq. conjug. part. 2. Loco 23. num. 358.* & in casu non absimili, Uxori vel ejus hæredibus, Domûs per flammas absumptæ pretium non aliter restitui debere, quàm si ejus periculum, tanquam æstimatò ab Uxore illatæ, ad Maritum pertinuerit, docet Dn. Stryke, *de succession. ab intest. Diss. 4. cap. 3. §. 47.* ubi etiam de rebus pondere, mensura, vel numero constantibus, hisce formalibus, ab inclyta Facultate Francovadana, Anno 1683. decisum recenset: Den zweyten Casum betreffende/ halten wir ausser streit zu seyn/ daß niemand wider willen ex Statuto zu succediren verbunden; sondern eben so wohl die successionem Statutari-

am,

am, als legitimam, zu repudiiren befugt/ und also kein Zweiffel/ daß auch in Cotbuß ein Mann/ wann Er seiner Frauen Erbe nicht seyn will/ zu einiger Theilung nicht verbunden. Kohl. *de successׅ. conjug. Q. 5. num.* 2. Carpzov: *p. 3. C. 20. D. 12.* Es ist aber dennoch/ in solchem Fall/ der Mann schuldig/ alles von der Frauen eingebrachte denen Kindern hinauß zu geben; dessenthalb Titius eine eydliche Designation zu ediren verbunden/ was er mit seiner Frauen bekommen. Solte nun das abgebrandte Hauß/ ihm/ von der Frauen/ sub certâ æstimatione, loco Dotis, zugeschlagen seyn/ würde das Periculum deß Mariti bleiben. *L. 10. princip. d. jure dot. L. 5. Cod. eod.* welches auch in andern bonis Uxoris statt findet/ quæ pondere, numero & mensura constant. *L. 42. ff. de jur. dot.* und also den Werth darvor denen Kindern zu restituiren verbunden seyn. Im Fall aber solches nicht wäre/ ist er dennoch/ so viel er für die verkauffte Stelle bekommen/ und was sonsten von der Frauen Mitteln noch übrig/ denen Kindern herauß zu geben schuldig. &c.

§. CXX.

Licet autem aliàs non ignoremus, quid de talibus Quæstionibus, in casu, quô semel contracta societas bonorum conjugalis in statu suo ordinario persistit, eâdemque per mortem vel divortium dissolutâ divisio Bonorum societatis, inter conjuges, ceu hactenùs bonorum socios, institui debet, de jure sentiendum? omnia doctè resolvente B. Lauterbachio, in *tract. de peric. rer. in Soc. Conj. illatar. §. 55. & seqq. usq; ad fin.* Tamen hìc haud immeritò, vel ex eo, quis subsistat, quòd ista Acquæstuum renunciatio hoc operetur, ut perinde habeatur, ac si nulla unquàm bonorum societas inter Virum & Uxorem contracta fuisset, ut formalia habent verta Johannis Grivelli, *d. Decis. Dol. 20. num. 4.* Bartholomæi Chassanæi, ad *Consuet. Burgund. rubr. 4. §. 20. num. 8. vers. Et ratio. in fine*, ibi: *Separatio bonorum fit per has renunciationes*; ideò ampliùs non sunt socii. Joh. Heeseri, *d. p. 2. Loco 23. n. 348.* ibi; *Ac si nulla unquam inter Conjuges contracta fuisset Bonorum societas.* Si verò in eo statu res accipienda, profectò non jura inter Socios obtinentia; sed potiùs illa, quæ juxta LL. Justinianeas inter Conjuges,

ges, quà tales, locum habent, attendenda, & sic istæ Qq. non ex jure & natura Conjugalis Bb. societatis; sed ex Jure Communi de bonis dotalibus & paraphernalibus, decidendæ videntur. Nisi dicere velimus, hanc renunciationem tantummodò hactenùs, ut Uxor renuncians ab ære alieno sociali liberetur, illam consuetudinariam societatem enervare; non verò eatenùs, quatenus ei ex ipsa, quæ hactenùs constitit, societate, ad rerum, quæ societatis causa vel planè consumptæ, vel in commune Familiæ commodum ipso usu attritæ vel deterioratæ sunt, æstimationem, pro parte dimidia, cùm Acquæstus deficiat, (junge Dn. Lauterbachium, *de peric. rer. in soc. Conjug. illatar.* §. 55. *num.* 10.) ex Mariti, ceu Socii, facultatibus præstandam, quæsitum est Jus. Id quod utique æquius, & æquissimæ LLatorum, Uxori consulere satagentium, menti longè convenientius; cùm perfacilè alioquin tota ista LLatio de illatis Mulieri restituendis, in fumum abiret, neque ullibi statuatur, quòd ista Lucrorum renunciatio conjugalem bonorum societatem retrò & ex tunc, cùm contrahebatur, resolvere debeat; quod proindè in dubio, ceu mulieri damnosum, tanto minùs præsumendum. Undè etiam in simili Renatus Choppinus notabiliter docet, quòd sequens Bb. repudiatio civili modo accipi debeat de iis duntaxat, quæ tunc temporis extarent penes socios & consortes; non quæ priùs impensa consumptavè essent. *de morib. Parisior. lib.* 2. *tit.* 1. *num.* 14.

§. CXXI.

Quâ verò actione, in ejusmodi casibus, Uxori, vel Viduæ subveniatur? adhuc paucis indagandum. De hac equidem, inter tot, quos evolvimus, Scribentes, nemo quicquam suppeditat, præter solum Chassanæum, qui non malè, hôc nomine, Condictionem ex Consuetudine, vel Statuto, concedit. *d. rubr.* 4. §. 19. *num.* 8. ibi: *Jus, quod competit Mulieri circa ejusmodi renunciationem, sibi competit ex Statuto nostro, seu nostra Consuetudine.* Ergò est Condictio ex Lege. Licet enim requisita hujus condictionis non adesse videantur, notata Paulo, in *L. un. ibiq.* Ddbus. *ff. d. condict. ex lege:* Tamen Juris rationem haud obstare arbitramur, quo minùs Maritum, ejusdemque hæredes, ex Statutis locorum vel ubique

ubique propemodùm receptis moribus, atque ita lege novâ obligatos dicamus, ut, insuper habitâ, quæ huc usque obtinuit, conjugali bonorum societate, Uxori, suam dotem & cætera illata, perindè restituant, acsi nulla huc usque societas unquam inter ipsos fuisset. Quòd si ista minùs placeant, saltem Implorationem officii Judicis eidem competere, negari non poterit: quæ &, quatenùs Uxor cum Mariti Creditoribus, super admissione ad hoc Juris beneficium, Acquæstuum videlicet renunciationem, sæpè cum sumptuosâ & diuturnâ contentione, disceptat, verius & rectiùs competere videtur. Videat. B. Dn. Lauterbach, in *tract. synopt. tit. d. condict. ex lege.* §. *1. num.* 2. Bachovius, ad *Wesemb. eod. tit. lit. c.* ubi, postquàm Magistratus de facti veritate ipsi cognoscunt, inspectô effectu, utra locum obtineat, parùm dicit interesse. Præterea Uxor, vel ejus hæredes, à Creditoribus conventi, si quid illis præstiterint, eô nomine regressum adversus Mariti hæredes habent, vel, si nihildùm solverint, ipsis denuntiare, ut veniant, & se contra illos defendant, possunt; in individuo Bertrandus Argentræus, ad *Consuetud. Britannic. artic. 413. gloss. 1. in fin.* ibi: *Heredes mulieris, à Creditoribus conventi, regressum possunt petere adversus hæredes mariti, aut denunciationibus agere, si nondùm solverint, sub protestatione damnorum & interesse.* Grivellus, & Alii, superiùs laudati, §. *96. & 99.*

§. CXXII.

Quantum verò ad illam Renunciationem, quâ Conjugum alter, in alterius Commodum, lucris connubialibus renunciavit, hîc, pro specierum varietate, etiam varia Remedia locum sortiri queunt. Si enim Conjux lucris connubialibus, in tabulis sponsalitiis, adeòque conjugiô tantùm inchoatô, renunciaverit, tunc eidem, vel etiam illius Heredibus, contra placita hujus Pacti, Acquæstum pro parte dimidia prætendentibus, Exceptio Pacti de non petendo opponetur rectissimè: cùm utique talis renunciatio habeat vim Pacti de non petendo; DDr. ad *L. 1. Cod. de pact.* & is, qui renunciat, se obstringere censeatur ad nil amplius petendum; per *L. 49. §. fin. ibiq.* notata. *sol. matrimon. L. 27. §. 2. ff. de pact.* Bartol. *ad L. Jubemus. Cod. ad SC. Vellejan.* Alexander Tartagnus, *vol. 6. consil. 195. circa fin.* Marianus Socinus, *lib. 2. consil. 230.* Paulus Galleratus, *de renunciation. lib. 2. cap. 5. num. 11.* Undè rectè iisdem, ex tali jure, per renuncia-

T 2 tionem,

tionem, in Pactis dotalibus cessio agentibus, Exceptio opponitur: Amice, tua jura cessisti; tibi non competit actio. Galleratus, *ibid. n. 12.*

Uxori verò, cui, loco Acquæstuum in tabulis sponsalitiis renunciatorum, v. grat. certa Quantitas pecuniæ promissa, ad eandem exigendam & consequendam eædem Actiones & Remedia competunt, quæ etiam aliàs ex Donatione, in cujus vim talis Promissio valet, juxta suprà notata in §. *8.* ex doctrina Lauterbachii, *de ære al. in societ. conjug. contr.* §. *9.* vulgò proficiscuntur, nimirum Condictio vel ex Stipulatione, vel etiam ex Lege; prout illa Promissio vel in modum solennis Stipulationis, vel nudi Pacti inita fuit.

Quodsi Conjux Acquæstibus, constante conjugio jamjam quæsitis, & imposterum adhuc quærendis, renunciaverit, si quidem hâc lege, ut, loco Acquæstûs, certa Bona, seu Quantitas sibi præstentur, tunc eidē, vel dicta Remedia, vel præterea Actio præscriptis verbis prodesse poterunt; cùm etiam talis Renunciatio in speciem contractûs innominati incidere videatur. Pactô verò posthabitô statutariam Acquæstûs portionem petentibus, vel Pacti, vel Doli Exceptio oberit; per §. *3. Inst. de exception. L. 2.* §. *4.* ibi: *Dolo enim facere eum, qui contra pactum petat, negari non potest. ff. de doli except.*

Si verò Conjux tùm jamjam acquisitis, tùm adhuc adquirendis, simpliciter & merò alterius favore, mediante juramento, renunciaverit, vel sine juramento factam renunciationem suâ morte confirmaverit, hîc cùm denuò veram Donationem habeamus, juramento, vel morte ipsius Donantis convalidatam, ipsius Heredes dictis Exceptionibus submoveri possunt pariter.

Sed &, si Conjux, in suprema voluntate, in gratiam alterius, Lucris renunciaverit, ità, ut ista renunciatio vel in speciem Legati, vel Fideicommissi, vel mortis causa Donationis incidat, tunc eædem Actiones & Juris Remedia, quæ & aliis in casibus, ex mortis causa Donatione, vel Legato procedunt, consimiliter obtinebunt; de quibus DDres, *ad tit. de mort. causa donation.* & ad *tit. de legat.*

Et tandem si ista Renunciatio matrimoniô solutô fiat, tunc & illi, quorum gratia Conjux renunciavit, ad Acquæstus ex manibus renunciantis extorquendos, iterum ex stipulatu, vel Condictione ex Lege experiri; ipsam verò, itemque ipsius Heredes, contra placita

pacti

pacti Acquisita prætendentes, vel Pacti, vel Doli exceptione repellere poterunt. Quòd enim hujusmodi renunciatio in effectu nihil aliud, quàm vera & mera Donatio, sit, dùm scil. Conjux, probè gnara, Acquæstum sibi deberi, hoc jus sibi competens in alterius Conjugis, vel illius Liberorum gratiam remittit, & quidem ex mera liberalitate, elucescit ex iis, quæ prolixè hanc in rem commentatur Galleratus, *d. cap. 5. num. 5. & seqq.*

§. CXXIII.

Quodsi Uxor vel Vidua obærati debitoris, ob causas, quas proximè in contrariis notabimus, ab hôc beneficiô arceri nequeat, porrò aliæ de eo: In qua classe eandem, in casu concursûs, ratione suorum, quæ repetit, Illatorum, collocari oporteat? Qq. moventur. Ubi paucis monendum, quòd, si quidem res ab Uxore illatæ etiamnùm præsentes sint, Uxor, extra concursum, illas, jure dominii, sive separationis ordinario, vindicet; ità, ut hactenùs cum reliquis Creditoribus de prioritate non litigare, vel concursui se immiscere cogatur; per *L. 1. Cod. de privil. fisci. L. 1. Cod. ad L. Jul. de vi publ.* ut de bonis tùm dotalibus, tùm paraphernalibus statuminat Carpzov. *p. 1. Const. 28. def. 19. num. 4. cum seqq.* & *D. 86. num. 7.* Richter, *de Privileg. Creditor. membr. 1. cap. 2. num. 36.* & *cap. 3. Sect. 1. num. 108.* ubi plura Præjudicia. Anton. à Mara, *de concursu Creditor. lib. 1. tit. 1. §. 40. & 59.* de Receptitiis, Idem Mara, *d. l. §. 58.* Si verò illæ non ampliùs extent, & Maritus ad earum æstimationem præstandam Uxori obstrictus sit, inter bona dotalia & Paraphernalia hæc notoria distinctio attendi debet, ut quoad illa, omnibus Creditoribus, etiam anteriorem, seu expressam, (Quod tamen complurium locorum Statuta mutarunt, etiam hujus Ducatûs. Jungat. Lauterbach, *in tract. synopt. de legali hypotheca, §. 4. num. 14.* Mercurial. Merlinus, *de pignorib. lib. 3. Q. 66.* Gail. *lib. 2. Obs. 25. num. 10.* Klock. *votor. Cameral. relat. 124. num. 12. & 13.* Brunnemann. *ad L. ult. Cod. qui potior. in pignor. hab.* pluresque alii, quos laudat Esbach. *in addit. ad Carpz. p. 1. C. 28. D. 65.*) seu tacitam Hypothecam habentibus præferatur: Dn. Lauterbach, *d. loc.* & ab illo laudati. prolixè Harpprechtus, *ad §. 29. Inst. d. action.* Haberkorn. *de concursu creditor. cap. 2. num. 171. & sqq.* Quoad hæc verò

rò demùm in tertia classe, ex ordine temporis, locanda veniat. Carpzov. *d. def. 86.* Lauterbach, *d. tr. §. 5. n. 26.* ubi idem de Foro Würtembergico tradit. Merlinus, *d. lib. 3. Q. 54. num. 6.* August. Barbosa, *ad L. fin. num. 8. Cod. de pact. convent.*

§. CXXIV.

Quantum ad Morgengabam, à Serenissimo nostro LLatore ei etiam assignatam, nulli quidem dubitamus, quin, si illa adhuc in specie adsit, Uxor illam similiter jure Separationis ordinariô vindicet; vel, si illa in pecunia numerata constiterit, & Uxor eâdem, ceu parte suorum Receptitiorum, in sui commodum negotiando, usa fuerit, ipsa, etiam quoad illam, jure circa receptitia sibi competente efficaciter uti valeat. Si verò Maritus Morgengabam, in nummaria quantitate promissam, ei nondùm exolverit, tunc ipsa eandem cum cæteris fortunam experiri tenebitur: cùm passim tradatur, quòd Uxor nullo, ratione Morgengabæ, prælationis vel taciti pignoris jure potiatur. Statuta Ulmens. *part. 1. tit. 1. §. 1.* post Berlich. & Carpzov. Wibel, *de jure prælat. Credit. §. 17. pag. 47.* Undè rectè in Jure Provinciali Palatino de his disponitur: Daß das verzeihende Ehe-Gemächt / da ihme von seinen zugebrachten oder ererbten Güthern / durch das Verstorbene / etwas ungebührlicher weiß veräussert / verthan / oder sonst in der Heuraths-Abred versprochen / neben andern Creditoren / auff deß verstorbenen Haab und Güthern / **nach Ordnung der Rechten** / sich zu erhohlen macht haben solle. Quorum specialiorem discussionem ad illos remittimus, qui de concursu & prælatione Creditorum scripsêre.

§. CXXV.

Satis enim ex isto compendio patet, quinam hujus muliebris renunciationis Effectus sint in ordine ad omnes Mariti Creditores, quòd videlicet Fœmina non saltem ab illis, quibus ipsa, ceu Socia, ex contractibus Mariti, ob societatis causam initis, obstricta fuit, per eandem liberetur; sed ut, unà cum his socialibus Creditoribus, etiam reliqui omnes, invitis dentibus cogantur admittere, ut ipsa suam Dotem & reliqua Illata, dictô modô, recuperet; sicut etiamècontra Lucra per Fœminam renunciata commodis Societatis, & per consequens Creditorum Socialium, cedunt. Christinæus, *Decc. Belgic.*

Belgic. vol. 1. Dec. 209. num. 6. ibi: *Commodis societatis.* Gudelinus, *de jure noviß. lib. 1. cap. 7. in fin.* Hâcque ipsâ ratione renunciatio non dicitur fraudi esse Creditoribus Socialibus, ut qui contra Maritum & ejus hæredes salvas habent actiones; nisi scilicet massa maritalium bonorum, & lucrorum à Fœmina renunciatorum, ad eorundem satisfactionem non sit sufficiens; uti quidem sæpè fieri ipsa quotidiana probat experientia. Argentræus, *d. l. art. 415. gloss. 1. num. 2.*

§. CXXVI.

In gratiam LL. cupidæ Juventutis, & in Foro versantium, operæ pretium duximus, ex Amplisss. Facultatis Anno 1659. d. 5. Febr. ad Magistratum Stutgardianum, in der Bonschiedischen Creditor-Sach / impertitô Responsô, hùc spectantia referre, ceu hactenùs excussis multum lucis fœnerantia. Illa ità de hoc: Endlich so fordert deß Debitoris Bonschieden Weib Helena, neben ihrem Kriegs-Vogt / und zwar nicht allein das jenige / was noch in natura zu gegen / und Ihro eigenthumblich zustehet; sondern auch noch ferner 6687. fl. als welche von ihrem zugebrachten Guth / constante Matrimonio, veralienirt und verthan worden. Mit dem ersten hat es seine richtigkeit / daß dem Weib / tanquam vindicanti, forderist und für allem zu restituiren, und von deß Mannes Vermögen zu separiren derselben Kleider / Kleinodien / und was zu ihrem Leib gehöret / auch all ihre zugebrachte und eigenthumbliche Haab und Güther / so annoch vorhanden und zu gegen seyn / Krafft Land-Rechtens. *part. 1. tit. 76.* §. Nicht weniger. Berlich. *p. 1. concl. 64. num. 18.* Wibel. *de Jure prælat. assert.* 2. Richter. *de jure & Privil. credit. cap. 3. Sect. 1. num. 108.* Wabey jedoch in acht zu nemmen / daß under solche deß Weibs zugebrachte eigenthumbliche Güther nicht zu rechnen das jenige / was constante Matrimonio erkaufft / oder sonst auff dergleichen Weiß acquirirt worden. Dann solches ad Acquisita gehöret / etiamsi pecuniâ Uxoris aliquid emptum & comparatum fuerit. Besold. *ad Jus Provinc. part. 4. §. 15.* Quando verò Uxor, tanquam Creditrix, tali in casu, quô Maritus bonis cessit, allata repetit, ipsa in bonis, constante conjugio acquisitis, nihil proprii juris prætendere potest: cùm Acquæstui eô ipsô renunciare videatur, quô æs alienum simùl solvere recusat, & sua allata, tanquam Creditrix, petit.

Diesem

Disem nach seynd die / in währender Ehe / erkauffte Weinberg zu Stutgart / wie auch die in währender Ehe gemachte einnemmende Schulden / nicht under deß Weibs eigenthumbliche Güther zu rechnen. Deßgleichen seyn auch die anjetzo zu Stutgart zu gegen ligende Weine nicht unter deß Weibs zugebrachte eigenthumbliche Güther zu zählen; es könte dann das Weib erweisen / daß noch etwas von dem jenigen Wein / welchen sie ihrem Mann zugebracht / in natura vorhanden wäre. Der übrige / welcher constante Matrimonio, auch in deß Weibs Weinbergen / erwachsen / gehöret ad acquisita, von dem Sie / jure Societatis & dominii, in disem Fall nichts zu suchen. Dann Sie sonsten auch die gemeinsame Schulden mit bezahlen müste.

Ist demnach forderist durch Deputirte / in præsentia der fürnehmsten Creditorum, des Weibs Zubringen / so bey der Verheurathung im Jahr 1640. auffgerichtet worden / zu durchgehen / alles das jenige / was von demselben in natura noch vorhanden / zu separiren / und dem Weib zuzustellen. Das übrige aber / was constante matrimonio erkaufft / erhandelt / erbaut / oder sonst dergleichen acquirirt worden / zu deß Mannes Guth zuschlagen: Hergegen aber all das jenige / was dem Weib in ihrem Inventario ermangelt / und nicht mehr vorhanden / ist zu beschreiben / und dann der Billigkeit nach zu æstimiren und zusamen zu æstimiren: Wardurch dann von selbst die übrige Summa, was das Weib ferner noch zu fordern? sich ergeben wird; von welchem jedoch auch zu defalciren / was constante matrimonio an deß Weibs zugebrachten Schulden bezahlt worden. Die Gült-Brieff / welche der Mann denen Creditoribus nichtig versetzet / seyn von denselben abzufordern / und der Frau zu restituiren; oder im verweigerungs-fall hat die Frau selber dieselbe von denen Creditoribus zu vindiciren. Was sich aber auß dem Defect-Zettel vor eine Summa befinden wird / dieselbige ist der Frauen / auß des Manns übrigem Vermögen / gut zu thun / indeme Sie die / constante matrimonio gemachte / Schulden zu bezahlen nicht verbunden; sondern / weil sie an des Manns Verderben keine Schuld trägt / hat Sie all ihr Zubringen wider zu fordern; massen solches bißhero in disem Hertzogthumb constanter also observirt worden.

§. CXXVII.

§. CXXVII.

In was Ordnung aber Sie/die Frau/mit solcher ihrer Forderung zu collociren? solches wird under den Creditoren auch gestritten. Ob nun wohl die Frau all ihr Zugebrachtes/als Dotalia bona, angibt/und also vermeinet/daß Sie diß orths nicht allein eine tacitam hypothecam; sondern zugleich auch ein personale Privilegium habe/Krafft dessen sie allen/etiam anteriorem tacitam hypothecam habentibus, zu præferiren wäre: So seynd wir doch kürtzlich der Rechtlichen meinung/daß/weilen das Weib einige Dotis constitutionem nicht erwisen/all derselben zugebrachte Haab und Güther/für Paraphernalia bona zu halten; per tradita Richteri, *de privil. Cred. Sect. 1. cap. 3. num. 102. & sqq.* Gail. *lib. 2. Observ. 82.* Carpzov. *part. 2. Const. 16. D. 11.* Boceri, *class. 2. Disp. 18. θ. 33.* und Sie dahero unter die Hypothecarios simplices, ex tempore illationis, zu setzen: Massen solches nicht allein den Rechten gemäß; sondern auch öffters und beständig bey unserem Collegio in pronuntiando also observirt worden. Videat. *L. ult. Cod. de pact. convent.* Carpzov. *p. 2. Const. 24. D. 3.* Richter. *d. Sect. 1. num. 107.* Bocer. *d. class. 2. D. 12. θ. 65.* Plebst. *ad Jus Prov. p. 1. θ. 165. lit. b.*

Welchem nach Sie Bonschiedin forderist von der wider Sie angestellten/aber gantz nicht erwiesenen Klage/ als ob Sie an ihres Manns Verderben schuldig/zu absolviren: Folgends ihre Kleider/Kleinodien/und was zu ihrem Leib gehöret/auch alles ihr zugebrachtes/an ligendem und fahrendem/so noch vorhanden/(worunder auch die von dem Mann nichtig versetzte Gült-Brieff zu verstehen) von deß Bonschieden übrigem Vermögen zu separiren und dem Weib zu adjudiciren/durch folgende

Urtheil.

IN der Creditor-Sach/ x. ist/allem Gerichtlichen Fürbringen nach/mit Urtheil zu Recht erkannt: Daß forderist des Debitoris Bonschieden Ehe-Weib Helena, von deren wider Sie angestellten Action zu absolviren; innassen wir selbige hiemit absolviren; nicht weniger/daß gedachter Helenæ Bonschiedin/ihre Kleider/Kleinodien/und was zu ihrem Leib gehöret/auch all ihre zugebrachte und eigenthumbliche Haab und Güther/so annoch vorhanden/von deß Bonschieden zu separiren, und Ihro dem Weib zu restituiren.

So dann alle übrige Bonschiedische Haab und Güther / auff einen offentlichen Auffschlag verkaufft / und von dem darauß erlösten Gelt / dessen Creditores, folgender Ordnung nach / als:

Erstl. der Gant-Kost.

Jacob Israel Metzger / wegen gnädigster Herrschafft. - 75. fl.

Dem Burgermeister-Ampt / wegen Steur und Anlag. - 50. fl.

Deß Schuldners Ehe-Weib / so vil an ihrem Zubringen ermangelt / und Sie ordentlich liquidiren wird.

J. S. Fürstl. Rent-Cammer-Rath an Capital. — 5606. fl.

Sampt denen darauß verfallenen Zinsen / & sic deinceps, bezahlt werden sollen.

Ubi verò Uxor simul & Dotalia & Paraphernalia bona prætendit, tunc illam in diversis classibus locandam esse, res loquitur ipsa: unde ita Anno 1660. die 21. Martii, in der Gerspachischen Creditor-Sach von Horb / celeberrimi Dnn. Antecessores: Erkennet hiemit ein Ehrsam Gericht und Rath zu Recht / daß forderist deß Michael Gerspachers Wittib / alle ihre zugebrachte und eigenthumbliche Haab und Güther / so noch vorhanden / zu restituiren; So dann alle übrige deß Gerspachers Haab und Güther offentlich verkaufft / und die Creditores in folgender Ordnung / als:

Erstlich der Gant-Kost.

Ferner die Gerspachische Wittib wegen ihres Heurath-Guths / so viel sie dessen liquidiren und erweisen wird. —— ——

Der Sondersiechen Pfleg / Capital. —— —— 40. fl.

Zinß darauß. —— —— —— 5. fl. 30. kr.

Weiter die Gerspachische Wittib wegen übrigen Zubringens / so Sie über ihr Heurath-Guth ihrem Mann zugebracht / und nicht mehr in natura vorhanden / also ihro nicht mehr in specie restituirt werden kan / so viel Sie dessen darthun wird —— ——

Die Closter-Frauen Ordinis Dominicani. —— 26. fl. 15. kr.

& ità porro, bezahlt werden sollen.

§. CXXVIII.

In eandem sententiam Domini Antecessores etiam Anno 1661. die 30. Aug. ad judicem Tubing. in Sebastian Glasers Gant-Sach / his formalibus responderunt: Seynd wir der Meinung / daß besagte Margaretha, der Weiblichen Freyheit fähig / und jure Dominii, vor

vor allen Dingen/ vom abtrettenden Vermögen/ alle ihre Kleider/ und anders zubringen/was noch in natura vorhanden/ und Sie Ihr eigenthumblich zuständig zu seyn erweißlich machen wird/ hinweg- nemmen/ und vor ihren Mann zu bezahlen nicht angehalten werden möge. Dann/ obwohlen die Creditores das contrarium zu behaupten sich unterstanden; so ist doch nicht allein in den Kaiserl. Rechten wohl versehen/ quòd Uxor pro Marito conveniri nequeat; *tot. tit. Cod. ne ux. pro mar.* ne bona Mulierum, citra factum ipsarum, contra publicam utilitatem, à Maritis minuantur aut dissipentur; *L. 2. & 3. ff. de pact. dotal. L. 1. ff. sol. matrimon.* Quemlibet enim ex suo, & ex alterius èContra contractu neminem obligari, certissimum esse, rescribunt Impp. Diocletianus & Maximianus, *in L. 3. Cod. ne uxor pro mar.* ne alteri per alterum iniqua conditio inferatur, contra *L. 74. de R. Jur.* aut suam cuiquam jus auferatur: contra *L. 11. ff. eod.* Gail. *lib. 2. Obs. 90. n. 1.* Coler. *part. 1. Decis. 31.* Mynsing. *centur. 1. Obs. 29.* Joh. Bapt. Asinius, *in Prax. judiciar. §. 31. num. 33.* sondern es ist auch in dieses hochlöbl. Hertzogthumbs wohl verfasten Land-Rechten constituirt, daß/ im fall der Mann/ wegen überhäufften Schulden-Lasts/ bonis cederet/ das Weib die durch den Mann gemachte Schulden zu bezahlen nicht verbunden/ indeme von solcher deß Manns Cession und Abtrettung außgenommen und befreyet seyn deß Cedenten Haußfrauen Kleider/ Cleinodien/ und was zu ihrem Leib gehörig/ auch ihr zugebracht Heurath-Guth/ Morgengabe/ und was sonsten mehr von Ihr herkommen. *part. 1. tit. 76.* §. Nicht weniger.

Dieweilen dann dem unschuldigen Ehe-Gemächt alle jetzt erzählte Güther von der Cession gäntzlich befreyet/ so können sie auch von denen Creditoribus nicht angefochten werden; und solches umb so viel mehr/ quoniam unicò saltem in casu, Jure nostrô Provinciali, Mulier pro Marito bonis cedente obligatur, quando videlicet, culpâ Uxoris, Maritus ad inopiam pervenit. *d.* §. Nicht weniger. Ergò, in reliquis casibus non exceptis, Regulæ erit inhærendum. Exceptio enim firmat Regulam in casibus non exceptis. Disem allem nach/ und dieweilen das Fürstl. Land-Recht hierinnfalls clar/ daß die jenige Schulden/ so ohne des andern Ehe-Gemächts Schuld und verursachen gemachet worden/ das Unschuldige tragen zu helffen nicht verbunden; von deren diß Orths hinterblibenen Wittib aber derglei-

chen nicht beygebracht / so lassen wir es bey obgesetzter meinung / daß nemlichen Sie Margaretha alles Zugebrachte / so noch vorhanden / jure Dominii hinwegnemmen möge / verbleiben.

Wann nun sein Debitoris hinterblibenen Ehe-Weibs Zugebrachtes von des Mannes Vermögen separirt; so möchten / Erstlich / von dem übrigē bezahlet werden die billichmässige und gebräuchliche Gant-Costen / Consulenten - und Schreib-Geld / und was dergleichen. Usu enim ferè omnium Judiciorum, præsertim verò etiam hujus inclyti Ducatûs, hujusmodi Sumptus, præ omnibus aliis Creditoribus, de massa bonorum exolvendos esse, refert Dn. Wibelius, *in Diss. de jure prælat. Credd.* idque etiam Praxis quotidiana sic observat.

Zweittens die gnädigster Herrschafft schuldige / und von Herrn Vogten zu Göppingen geforderte Straff à 10. Reichsthaler. F. W. Land-Recht. *p. 1. tit. 75. rubr.* Herrschafft.

Nicht weniger Drittens / dem Zoller auff dem Kniebiß das gefoderte Zoll-Geld à 12. fl. 30. Kr.

Nach jetzt privilegirten Schulden seynd forderist Georg Löschen / Mundschencken im Fürstl. Collegio allhier / ceu Creditori anteriori hypothecario expresso, die von ihm liquidirte 100. fl. Capital zu bezahlen; wie ingleichem auch demselben die von Anno 1650. annoch hinterstellige und schuldige Zinß / nicht nur nach den Gemeinen; sondern auch dieses Hertzogthumbs löbl. Land-Rechten / *p. 1. tit. 75.* §. Ob dann wohl. ibi: Auch solcher Vorgang nicht nur auff das Haupt-Guth; sondern auch auff die verfallene Zinß zu verstehen / &c. bezahlt werden müsten. Dieweil aber selbige von ihme Löschen nicht gefordert; so hat auch der Herr Richter solche ihme ex officio nicht zu adjudiciren.

Hierauff folgen die jenige Creditores, so zwar eine außtruckliche Hypothecam nicht haben; jedoch entweder nach denen Gemeinen / oder dises löbl. Hertzogthumbs Land-Rechten / eine tacitam Hypothecam erlanget haben. Unter denselben hat nun billich den Vorzug Margaretha, des Debitoris Ehe-Weib / welche zwar das jenige alles / so Sie in die Ehe gebracht / und in natura vorhanden / und von ihr genugsam liquidirt wird / Jure Dominii hinwegnimmt / ità, ut nec de Prioritate cum reliquis Creditoribus contendat. *L. 1. Cod. de privil. fisc. L. 1. Cod. ad L. Jul. de vi publ.* Carpzov. *part. 1. C. 28. D.*

86. in

86. in fin. Wegen der jenigen Güther aber / so nicht mehr vorhanden / ist Sie unter die Hypothecarios, ex tempore, zu setzen. Uxor enim, ratione Paraphernalium, constante matrimonio consumptorum, nec Separationis jure gaudet, nec Jus Prælationis sibi vindicat; sed inter hypothecarios tantùm ex tempore collocatur. *L. ult. Cod. de pact. convent.* Carpzov. *d. C. 28. D. 86.*

So dann hat auch ein jus tacitæ hypothecæ der allhiesige Hospital umb seine geforderte 5. fl. 34. Kreutzr. Wannenhero derselbe gleichfalls inter Hypothecarios, ex ordine Temporis, zu collociren. F. W. Land-R. *p. 2. tit. 8. §. ult. pag. 263.*

Alle übrige seynd lauter Chirographarii sive simplices Creditores, &c. Dannenhero von den Herrn / in dieser Gant-Sach / nachstehende Urtheil publicirt werden möchte.

Urthel.

IN der Creditor-Sach weyland Sebastian Glasers / gewesenen Burgers und Fuhrmanns allhier zu Tübingen / allerseits angegebener Schuldgläubiger / in Actis benannt / erkennet ein Ehrsam Gericht / auff alles Gerichtliche vor- und anbringen / nach gethanem Beschluß / genommenem bedacht / und gehabtem rath / mit Urtheil zu recht: Daß von ermeldten Sebastian Glasers hinterlassenem Vermögen fordrist seines hinterblibenen Ehe-Weibs Kleider / und was zu ihrem Leib gehörig / nicht weniger alle ihre zugebrachte und eigenthumbliche Haabe und Güther / so annoch vorhanden / zu separiren und derolben zu restituiren: So dann alle und jede seine übrige Haab und Güther / auff einen offentlichen Auffschlag / höchstmöglich verkaufft / und von dem darauß erlösenden Geld desselben Creditores, in folgender Ordnung / bezahlt werden sollen:

1. Der Gant-Costen.
2. Herrn Untervogten zu Göppingen. —— 15. fl.
3. Dem Zoller auff dem Kniebiß. —— 12. fl. 30. Kr.
4. Georg Löschen / Mundschencken im Fürstl. Collegio allhier / Capital. —— —— —— 100. fl.
5. Margarethæ, sein Debitoris Ehe-Weib Zugebrachtes und nicht mehr vorhandenes Guth / so viel Sie dessen liquidiren wird.
6. Dem Hospital allhier. —— — 5. fl. 34. Kr.

Das übrige Vermögen aber / so weit solches langen wird / unter die

übrige Creditores, dem Rato und billicher Proportion gemäß/ nach Grösse eines jeden liquidirten Schuld-Forderung; jedoch ohne alle Priorität, bezahlt werden solle.

§. CXXIX.

Ex præmissis facillimè colligi potest, quis etiam hujus renunciationis effectus sit, in ordine ad Maritum, quòd nimirum, illâ factâ, tota moles debitorum in ipsum redundet, & in ejus hæredes, ità nempè, ut ipsi à Creditoribus, pro tota summa æris alieni, ad peram & saccum usque excuti possint; ut, præter ipsam rei evidentiam, ostendit Argentræus, ad *Consuetud. Britannic. artic. 415. gl. 1. n. 2.* ibi: *Adversus hæredes maritorum salvas actiones habeat, nisi cùm solvendo non sint.* Gutierrez, *pract. Qq. lib. 2. Q. 127. num. 3.* in verbis: *Alter conjux, cui bona deferuntur, tenetur ad debitorum omnium satisfactionem.* Christinæus, *ad LL. Mechlin. tit. 9. art. 8. num. 30.* ibi: *Res communes sibi lucri facit superstes conjux, alterius heredum repudiatione; sed cum onere debitorum.* Quodsi ergò maritus, adeò obæratus, carceris & cæteris Creditorum molestiis se subducere velit, aliter esse vix potest, quàm ut tandem ad flebile cessionis bonorum beneficium confugiat.

Illud supervacaneum ducimus monere, quòd, si Maritus constante Matrimonio, v. grat. prædium suæ Uxoris ab annuo nummario vectigali liberaverit, vel prædia uxoria valdè melioraverit, Uxor, ei, non obstante suâ renunciatione, ex ista & aliis similibus causis, ad æstimationem talis canonis redempti, vel melioramenti (Cùm talia notoriè ad Acquæstum pertineant) procul dubio teneatur; cùm, ut suprà didicimus, renuncians nec damni nec lucri particeps, vi renunciationis, manere debeat; æquitate naturali id non aliter ferente. Videatur in terminis Renat. Choppinus, *de morib. Parisior. lib. 2. tit. 1. num. 14.* Addat. *ibid. num. 21.* & quæ de his differit Dn. Lauterbach, *de societ. Bb. conjug. cap. 4. §. 18.*

§. CXXX.

Denique illud adhuc, circa Effectus hujus acquæstuariæ Renunciationis, notari meretur: Cùm haud raro fiat, ut Uxor, multis mensibus post obitum Mariti, Lucrorum communioni renunciet, si ipsa intereà bonorum communium, vel maritalium

talium Fructus percipiat, an, sequutâ deindè renunciatione, ipsa Fructus perceptos, imò planè consumptos, restituere teneatur? id quod nos regulariter negativè decidendum existimamus, tùm ex eo, quòd ille, qui rem restitutioni obnoxiam restituere tenetur, regulariter illos tantummodò fructus, quos post inchoatum judicium percepit, restituere teneatur; priùs verò percepti in restitutionem non venire dicantur, *in L. fin.* §. *4. ff. de his, quæ in fraud. credit.* tùm & indè, quòd Uxor, quoadusque ex solennis Inventarii confectione, & Creditorum liquidatione, de Æris alieni magnitudine constet, bonæ fidei Possessoris jure censenda sit; quales qui sunt, de fructibus consumptis, ne quidem in tantum, in quantum exindè locupletiores redditi sunt, teneri constat, ex *L. 4.* §. *2. fin. regund. L. 22. Cod. de rei vindic. L. 4.* §. *19. de usucap.* & traditis Vinnii, *ad* §. *35. n. 10. Inst. de rer. divis.* tùm ex eo, quòd ipsa non solùm ratione illatæ Dotis; verùm etiam suorum paraphernalium, Jure Retentionis notoriè gaudeat, ex doctrina Carpzovii, *J. F. p. 2. C. 25. D. 8. num. 2.* & *in Resp. Electoral. lib. 4. tit. 3. Resp. 19. num. 4.* Anton. Heringii, *de fidejussorib. cap. 15. num. 117.* Henrici Neuenhahn. *de privileg. viduit. membr 3. sect. 24.* B. Dn. Lauterbachii, *de Retent.* §. *10.* aliaque complura Ratiocinia, quæ in casu huic simillimo, ubi quidam Johannes van der-Heyden omni juri, sibi ex testamento, vel ex Donatione, aut aliàs, in bonis in domo mortuaria repertis, competenti renunciavit, & propterea dubitatum fuit, num ipse etiam fructibus perceptis renunciâsse censeri debeat? solicitè congessit Nicolaus Everhardus, *consil. 198. num. 3. cum sqq.* Planè, si Uxor convinci possit, quòd ipsa hanc suam Renunciationem, in fraudem Creditorum, ut nimirum in defuncti Mariti facultatibus tanto diutiùs si non grassari, saltem fructus illorum ad se rapere possit, nulli utique dubitamus, quin tali malitiæ indulgeri non debeat. argum. *L. 38. ff. de rei vindicat.* pluriumque similium, quas accumulat Barbosa, *in voc. Malitia. axiom. 7.*

§. CXXXI.

Videamus dissentanea seu Contraria hujus renunciationis. Ubi primò de illa, quæ à Conjuge, in Conjugis gratiam, fit, ista paucula advertimus, quòd illa vel ab initio nulla sit, vel ex post facto resolvatur.

Ab initio statim nulla est, si contra LL. superiùs notatas, cir-

ca illam, peccetur, sive aliquis circa Causam Efficientem, sive Subjectum, & sic deinceps, defectus se exerat.

Ex post facto verò infirmatur, & quidem in totum, propter ingratitudinem commissam à Conjuge, cui Conjux omne jus quæsitorum, constante Conjugio, sub jurejurando cessit. Hæc siquidem cessio, tanquam vera donatio, propter jurisjurandi religionem, juxta canones servanda, (Jungat. omninò Thomas Sanchez, *de matrim. lib. 6. Disp. 5. num. 9.* Thomas del Bene, *tract. de juram. cap. 2. dub. 22. num. 34.*) propter ingratitudinem in LL.bus notatam, non obstante juramento, revocatur justissimè; per generalitatem *Legis ult. Cod. d. revocat. donat.* juncta *L. fin. Cod. de N. N. pec.*

§. CXXXII.

Sed & si v. grat. matrimonió constante, Maritus, in gratiam suorum Privignorum, suam integram Acquæstuum dimidiam remisisset; deindè verò ei demùm Liberi in secundo matrimonio nascerentur, quin ipse formalem hanc donationem, ex capite supervenientiæ liberorum, omnimodò revocare possit, vix videtur dubitandum, per generalitatem *Leg. 8. Cod. de revocand. donat.*

Denique si talis Acquæstuum Renunciatio Legitimam Liberis, Parentibus, Fratribus, in superiùs relato casu debitam, imminueret, quòd tunc illam in tantum, ut ipsis sua Legitima sit salva, per Querelam inofficiosæ donationis rescindi valeat, jam superiùs firmavimus. *§. 58.*

§. CXXXIII.

An in integrum restitutio, ex capite sexûs muliebris fragilitatis, vel immodicæ læsionis, contra illam obtineat? tetigimus superiùs in §. *89.* & adiri in simili potest Johann-Petrus Fontanella, *de pact. nuptial. claus. 5. gloss. 8. part. 12. num. 61. & sqq.* itemque Heeserus, *de acq. conjug. part. 2. Loco 10. num. 29. & sqq.* ubi vide omninò; in simili Giurba, *ad Consuetud. Messan. cap. 1. gloss. 8. part. 1. n. 49.* Planè si Dolus Mariti probari queat, Uxorem ad hanc conjugalium lucrorum renunciationem fraudulenter inducentis, tunc, cùm utique suus dolus nemini debeat prodesse, ei subveniendum esse, laté satis examinat Johann-Fridericus Sol, *de bonis const. matrimon. acquisit. Q. 25. num. 11. usq. ad fin.* ubi ideò Marito, ne Uxor hanc Exceptionem

oppo-

opponat, consilium subministrat, ut, ad talem Uxoris renunciationem confirmandam, Notarium cum testibus, vel Judicem adhibeat. *num. ult.* quem & sequitur Heeserus, *d. loc. 16. n. 151.* Et si etiam Creditores hanc renunciationem juratam, simulatam, & in sui fraudem factam esse probare possint, tunc quòd etiam ipsis succurri debeat, peti potest ex deductis Matthiæ Berlichii, *dec. 114. num. 19. usq. ad finem.* quæ hic pariter accommodat Johannes Heeserus, *d. l. num. 149. & sqq.*

Ex causa Metûs reverentialis quòd Uxor adversus hanc renunciationem non restituatur, nisi Minæ, vel Verbera, etiam non tàm severiter, quàm ab Extraneo illata, accedant, ex Ddbus benè firmat Anoton. Gomezius, *ad L. Tauri. 60. in fin.* Videat. in simili Giurba, *d. p. 1. num. 48.* Idem tamen in casu, si cum illo metu reverentiali concurrat enormis Mulieris læsio, ex Cravetta & Menochio, admittit Heeser. *d. p. 2. loco 16. num. 182.*

§. CXXXIV.

Quantum ad illam Renunciationem, quâ Conjux, in sui ipsius commodum, ad evitandum onus æris alieni socialis, renunciat, illa pariter vel ab initio nulla est, vel ex post facto infirmatur. Utique enim si Mariti Heredes, vel Creditores, justam habeant causam hanc Renunciationem non admittendi, eosdem audiri, ipsa postulat æquitas. Reformat. Civit. Francovadanæ, *part. 3. tit. 7. §. 6.* verbis: Es wäre dann / daß entweder des erst-verstorbenen nächste Erben / oder / in mangel derselben / die Creditores und Gläubiger / ehehaffte / redliche und rechtmässige Ursachen / warumb der beschehene Verzieg nicht angenommen / noch auch begehrter Separation statt gegeben werden solte / dargegen fürzuwenden hätten. Dañ dieselben auch gehört / und / nach befindung der sachen / alsdann erkannt solle werden / was recht ist. Ab initio nulla est, si v. gr. Vidua absque specifico sui, quô opus habet, Curatoris consensu renunciaverit, vel hæc renunciatio non debito Modo, vel elapso jam Tempore, intra quod illam fieri per Statuta decuisset, vel aliàs contra Loci Statuta, aut mores facta probetur; de quibus superiùs. Jungat. *L. 5. Cod. d. LL.* ibique Ddres. Reformat. Francofurt. *part. 3. tit. 7. art. 8.* Mevius, *ad Jus Lubec. part. 3. tit. 1. art. 10. in addit. ad num. 77.* Contra lapsum tamen Termini, quòd Vidua quæ non-

X dùm

dùm bonis ſeſe immiſcuit, vel Hæreditatem nondùm adivit, à Principe in integrum reſtitutionem petere poſſit, operosè deducit Chaſſanæus, *ad Conſuetud. Burgund. rubr. 4. §. 20.* ad verba: *Dedans 24. heures.* Potiora, quæ indè referri merentur, ſunt iſta ferè: *Hoc caſu, illi, qui poſſent prætendere Damnum, ſunt Creditores* Mariti, *qui habent Uxorem, bujus* Conſuetudinis, *obligatam pro debitis ſui Mariti; & ſic in vim Privilegii, cùm talis Conſuetudo in hoc ſit contra Jus Commune, per quod Uxor non tenetur ad debita Viri. t. tit. Cod. ne uxor pro mar. Tollendo ergò per Principem mulieri obſtaculum, quod erat in eâ, vi Conſuetudinis, & reducendo eam ad Jus Commune, quod fieri poteſt, nec Heredes, nec Creditores poſſunt talia Reſcripta impugnare; imò talia Reſcripta ſunt magis favorabilia, ſi ex aliqua cauſa relevent mulierem ab omiſſione Solennitatis fiendæ per noſtram Conſuetudinem, quoniam reſtitutio generalis ex Clauſula, ſi qua mihi juſta cauſa videbitur, nunquàm tollitur; maximè quando inſeritur in Reſcripto, ſi de tali cauſa vobis conſtiterit. L. 1. in fin. & L. Nec non. §. Quod ejus. ff. ex quib. cauſ. minor. imò quoties Æquitas ſuggerit. L. Sed etſi per Prætorem. §. Quoties. ff. eod. tit. Et quælibet Cauſa dicitur juſta, quæ à Principe approbatur, niſi à Jure ſit prohibita. Imò ſemper in Principe præſumitur Cauſa; & ſola ejus Voluntas habetur pro Cauſa; Felin. in Cap. Quæ in Eccleſiarum. & in Cap. Poſtulaſti. & in Cap. Ad audientiam. de reſcript. Jaſon, ad L. Si teſtamentum. Cod. de teſt. maximè quando datur Reſtitutio ad Terminum elapſum, ut notatur in Clement. 1. & ibi per Cardinal. de in int. reſtitut. Cùm ergò in talibus elapſus ſit Terminus ad faciendam Renunciationem cum Solennitate in Statuto præſcripta, poteſt Princeps illam reſtituere ad illud tempus, ità, quòd poſt tempus elapſum poſſit ità facere prædictam Renunciationem, ſicut potuiſſet in tempore præfixo & requiſito ſeu introducto à Conſuetudine. Quod intellige verum, dummodò non* ſe intromiſerit *pendente dicto Termino; quoniam, ſi hoc permitteretur, aperiretur via delinquendi & fraudandi, quæ ſemper eſt tollenda. L. In fundo. ff. de rei vindic. Ideò videmus, quòd communiter tales literæ regiæ continent Clauſulam, dummodò non ſe intromiſerit in bonis, & debent continere, quia, ſe intromittendo, videtur quaſi contrahere cum heredibus & creditoribus Mariti, ratione cujus contractûs vel quaſi contractûs magis obligatur; & adhuc multo magis, ſi* ſubtraxerit, celaverit, *aut occultaverit* bona mariti; *quoniam hôc caſu privatur jure renuntiandi, &c.*

§. CXXXV.

§. CXXXV.

Sic & nulla est, Quartò, si in Pactis dotalibus nuncupatim huic ipsi renunciandi facultati fuerit renunciatum, per regulam *L. 41. ff. d. minor. Leg. penult. Cod. d. pact.* Vel hæc Pacta aliàs ità inita sint, ut indeclinabiliter hanc ipsam Acquæstuum renunciationis-renunciationem involvant & implicent, v. gr. quòd quilibet Neogamorum Debita socialia, pro parte dimidia, exolvere debeat. Pacta enim Dotalia & in illis conventa exactè & religiosè servanda esse, operosè inculcat Johannes Heeser. *part. 2. loco 10. num. 3. & sqq.* Wesel. *tr. 2. cap. 1. num. 114.* Christinæus, *ad LL. Mechlin. tit. 9. art. 11. n. 12. in addit.* Anton. Matthæus, *parœm. 2. num. 35.* Delommeau, en sa *Jurisprud. Franc. livr. 2. art. 325. & seq. vers. la raison.* Et quòd hominum provisio legis provisionem mutare, minuere, vel tollere valeat, nemo ullus est qui nesciat. Barbosa, *voc. Provisio. axiom. 5.* Legis siquidem dispositio, in illis omnibus, quæ sub arbitrium hominum cadunt, horum dispositionibus cedere solet. Argentræus, *ad Consuet. Britannic. art. 418. num. 5. vers. Sed hæc tamen. & vers. seq.* Faciuntque in terminis, quæ ab inclyta Facultate Francovadana, Anno 1642. decisa leguntur apud Dn. Brunnemannum, *cent. 2. Dec. 61.* ubi quærit: Si Conjuges Pacta Dotalia, eô modô, inierint, ut, alterutrô mortuô, juxta constitutionem Marchicam succederetur, ità nempè, ut Hereditas, deductô ære alienô, in duas partes æquales dividatur, utrum, mortuô Conjuge, illius Sorores, hisce Pactis neglectis, Bona defunctæ repetere possint? & respondet, quòd Non; quia tali in casu jus optionis nec ipsi Conjugi superstiti competeret, eo quòd, juxta Marchiæ Constitutiones, Pacta dotalia præcisè observanda sunt. Addantur, quæ habet Marius Giurba, *ad Consuetud. Messan. cap. 1. gloss. 8. part. 1. num. 17.*

§. CXXXVI.

Quintò, cessat hæc quæstuum renunciatio in Uxore Mercatrice, wann Mann und Weib zu offenem Laden mit einander gesessen / Krämerey / Wirthschafft / und gesampt Parthirung getriben / und derentwegen Schulden gemacht; ut de his ferè loquitur die Fürstl. Nassauische Lands-Ordnung. *part. 5. cap. 15. §. 2. vers. ult.* ubi expressè dicitur, daß / talibus in casibus, das lebende Ehegatt sich des beneficii renunciationis lucrorum sive Acquæstuum conjugalium

nicht zu gebrauchen; sondern die Schulden auß Beyder Güthern bezahlt werden sollen / referente Heesero, *d. Loco 16. num. 201.* & *Loco 23. num. 344.* Concordat. Reformat. Francofurt. *part. 3. tit. 7. §. 12.* ubi ità notanter: Wiewohl in Kauff-Händlen und Krämereyen / da zwey Ehegatten einen gemeinen Handel treiben / und die Haußfrau so wohl / als der Mann / in Gaden oder offenem Krahm sitzt / kaufft / und verkaufft / Geld einnimmt und außgibt / das Register hält und dergleichen übet; also auch mit den Eheleuthen / so offentlich Wirthschafft / oder Herberg / oder einen gemeinen Weinschanck halten / schwerlich ist / solche Absonderung und Abscheidung der Güther zu thun; damit die jenige / so mit ihnen handlen / auch andere / so ihnen ihr Geld und Arbeit auffborgen / dardurch nicht betrogen und vernachtheilt werden / so wollen wir / daß in solchem Fall Sie beyde Eheleuth / samptlich / auch **Ihr jedes** in solidum, das ist / besonder / und für vollen / die Schulden / so sie unter einander gemacht / zu bezahlen schuldig seyn sollen; und darinn **kein Verzieg** / noch auch **Absönderung** / es seyen dann zuvor alle Schulden bezahlt und vergnügt / gestattet werden: Also / daß auch hierinn das Weib ihrer Zugifft und Widerlegung halber / so wenig / als anderer ihrer zugebrachten Güther / einigen Vorzug vor den Glaubigern haben; sondern dieselbe zugleich in die bezahlung gezogen werden sollen. *d. tit. 7. art. 13.* Parallela leguntur in Jure Provinc. Palatino, *part. 4. tit. 17. art. 4.* verbis: In Kauffmanns-Händeln / Krämerey / Gewerben / Wirthschafften / und andern Handthierungen / so Eheleuth mit einander in **rechter** Societät und Gemeinschafft getriben / solle solcher Verzig und Absönderung der Güther mit nichten verstattet oder zugelassen; sondern jedes Ehe-Gemächt / nach deß andern Absterben / die Schulden von solchen Händeln herrührend / **für voll** / in solidum, **und gäntzlich** zu zahlen schuldig seyn; das Weib auch hierinnen keiner behülff der Rechten / die Ihr sonst / ihres Heurath-Guths / Widerlegung / oder in andere Wege gebührt / zu erfreuen haben. Ut & Marchico-Badensi, *part. 6. tit. 12.* §. Wann Eheleuth. & §. In solchem Fall. ibi: Es wäre dann / daß beede Ehe-Gemächte gemeine Kauffmanns-Händel / Krämerey / Wirthschafft / oder andere dergleichen gemeine Gewerb und Handthierung mit einander getriben; in solchem Fall wollen wir / daß jedes Ehe-Gemächt / und

und demnach so wohl das Weib / als der Mann / nach des andren absterben / oder da es sonst zum Falliment kommen solte / die Schulden von solchen Handthierungen herrührend / für voll oder in solidum, und unverscheidenlich gäntzlich zu bezahlen verbunden seyn sollen. Nec non in deß Hertzogthumbs Francken Land-Gerichts-Ordn. *part. 3. tit. 104. §. 6.* illic: Wa auch Mann und Weib gemeine Handthierung und Gewerb / mit Kauffen und Verkauffen / treiben / als Gewand-Schneider / Crämer / und dergleichen / auch offene Gastgeber oder Wirth / die frembde Gäst hauseten oder herbergten / in solchen Fällen sollen beede Eheleuth die dessentwegen gemachte Schulden zugleich unverscheidentlich bezahlen. Ut & Reformat. Norimbergensi, *tit. 12. rubr.* das fünfft Gesätz / in verbis: Gewand-Schneider und Krämer / die zu Krame / Gewölbe / oder Laden sitzen / und gemeins Kauffens oder Verkauffens wartten / auch Wechsler und offene Gastgeben / und auch die zu offenem Marckt sitzen oder pflegen zu handlen / und da Mann und Weib ihre Käuff und Handthierung / zu gemeinem und ihr beyder Gewerbe und Nahrung fürnemmen / in solchen und dergleichen Fällen / auff Erkantnus des Rechten / so spänne darinnen entstünden / sollen Mann und Weib beederseits zu bezahlen verpflichtet seyn. Idem latiùs extenditur in Statutis Ulmensib. *part. 1. tit. 17.* dùm nempè disponitur: Nachdeme die jenige / welche offene Läden haben / gemeinlich auch ihre Haußfrauen / in Kauffen und Verkauffen / Geld einnemmen und außgeben / handthieren lassen / also / daß die Ehe-Frauen zugleich in Gemeinschafft mit ihren Ehe-Wirthen standen / und derowegen mit Alter bey diser Statt herkommen / daß in solchen Fällen / dergleichen auch bey offenen Gastgeben / Einschreibern auff dem Wein-Hof / Eisen-Zählern / und andern unsern Dienern / welche gemeiner Statt Geld und Gefäll in Händen und ihrer Verwaltung haben / auch allen Handwercks-Leuthen / und dergleichen / beede Ehe-Gemächt / die Schulden / welche vor / oder in währender Ehe gemacht worden / unverscheidenlich zu bezahlen schuldig gewesen / und dann auch disen Handels- Handwercks-Leuthen / und andern / an solchen alten Herkommen / zu beförderung ihrer Gewerb / Handlungen / und Handwercken / auch erhaltung ihres Trauen und Glaubens viel gelegen / solle es bey demselben alten Herkommen / hinfüro / und dergestalt / verbleiben / und gehalten werden / daß den jenigen Ehe-Frauen / deren Ehe-Mann

zu offenen Läden sitzen / dergleichen bemelter Gastgeben / Einschreiber / Eisenzähler / und anderer obgemelter unserer Diener / auch aller Handwercks-Leuthe / und dergleichen Weiber / welche kauffen und verkauffen / Geld einnemmen / und außgeben / beeder Ehe-Leuthe Schulden / Sie haben gleich verdingte oder unverdingte Heurath mit einander auffgerichtet / zu bezahlen verhafftet seyn sollen. Et tametsi hanc ipsam limitationem in Ducatu Würtembergico non procedere existiment B. Wibelius, *de jure prælat. Credit. θ. 27. pag. 47.* & Christoph. Besoldus, *ad J. P. W. p. 4. θ. 27.* Quia tamen hoc ità communissimâ Germaniæ consuetudine servari, testatur Michaël Beutherus, *de prælat. Creditor. lib. 1. cap. 35.* & in specie ejusmodi Consuetudines & Statuta, præter proximè laudatas Imperii Civitates, porrò vigent Norimbergæ, Campidoni, Lubecæ, Coloniæ, Servestæ, Stetini, Brunsuigæ, Gothæ, in Hassia, Hollandia, Frisia, Belgio, teste ipso Wibelio, *d. pag. 47.* imò etiam aliarum Gg. mores de Uxore mercatrice hoc passim cavent, quòd ipsa, bonis renunciando, nihil agat; cùm ipsa tunc, ad instar Viri, res proprias gerendo, Creditoribus districtè sit obligata: Choppinus, *d. LL. And. lib. 3. cap. 2. tit. 2. num. 6.* ubi tamen inter Conjugem, in eâdem cum Marito negotiatione versantem, & separatim mercaturam exercentem distinguit. Charondas, *en ses Pandect. livr. 2. chap. 5. pag. nobis. 198.* Damhouder. *in Praxi rer. civ. cap. 18. num. 21.* cum Grotio, Wesel. *tr. 2. cap. 3. num. 138.* Christinæus, *ad LL. Mechlin. tit. 9. art. 8. in addit.* ubi scribit, ità sæpè judicatum fuisse. Quo circa fatemur, nos hic subsistere; præcipuè cùm omnes huic inclyto Ducatui at iguæ Provinciæ, nempe Palatinatus, Franconiæ Ducatus, Marchia Badensis, & sic deinceps, eandem Consuetudinem specialiter approbaverint.

§. CXXXVII.

De eô, quòd, Sextò, Uxor ex suis propriis, seu à se sola, seu unà cum Marito; veruntamen hactenùs ob causam socialem, vel Sui ipsius Solius propriam, legaliter & validè celebratis contractibus, Creditoribus adeò obstricta sit, ut ab obligationibus exindè natis, per lucrorum conjugalium renunciationem, ipsa neutiquàm liberetur, jàm suprà diximus. Id quod hoc eleganti Bertrandi Argentræi compendio claudimus: Renunciatio, inquit, eluit debita,

ad

ad quæ, ratione communionis, mulier eſt obligata; ſed ea, quibus obligata eſt nomine expreſſo, non eluit reſpectu Creditoris, &c. ad *Conſuetud. Britann. art.* 413. *gl.* 2. *in fin.* Damhouder. *in Praxi rer. civil. cap.* 18. *num.* 21. ibi: *De nullis debitis domus mortuariæ conveniri poterit, niſi ea eſſent, quæ* per ipſam, *ante contractum matrimonium, conflata fuiſſent, aut de iis* ipſamet conſenſiſſet, *aut* ſubſcripſiſſet, *aut* ſolvere promiſiſſet. Choppinus, *d. LL. Andium, lib.* 3. *tit.* 2. *num.* 5. ibi: *Niſi ipſa nominatim Creditoribus fidem ſuam adſtrinxerit.*

§. CXXXVIII.

Præterea, Septimò, ſi Uxor Vidua aliquid ex bonis ad maſſam bonorum, ſive Domum mortuariam ſpectantibus celaverit, ſurripuerit, amoverit, illa fruſtrà renunciat, omniumque, quæ extra hoc declinare potuiſſet, onerum rea manet; arg. *L.* 71. §. 4. ubi jungeſis Brunnemannum, *de acq. vel omitt. hæred. L.* 59. *princ. ad L. Falcid.* Addat. in ſimili Jus Würtemberg. *part.* 3. *tit.* 22. §. Und da ein Erb. Dn. Lauterbach, *de inventar. hæredit.* §. 12. *n.* 14. Id quod ità Statutis Amisfurtenſium, Medioburgens. Montfortens. & Bellenſium caveri, recenſet Weſel, *tract.* 2. *cap.* 3. *num.* 145. Idem Burgundicæ Conſuetudines cavent, *rubr.* 4. §. 20. ubi pluribus hæc exequitur Bartholom. Chaſſanæus. Johannes Paponius, *in Corp. Jur. Francici, lib.* 15. *tit.* 2. *arr.* 1. Undè Fœminæ, quæ Marito morienti asſedit, loculos ſubtraxit, ſupellectilem ſuppilavit, & deindè renunciat, hoc, ceu fraudulentum, inutile eſſe, notabiliter ſtabilit Argentræus, ad *Conſuetud. Britann. art.* 415. *gloſſ.* 3. *num.* 3. Weſel. *d. l. n.* 146. Heeſer. *d. Loco* 16. *num.* 196. Chriſtinæus, *ad LL. Mechlin. tit.* 9. *art.* 8. *num.* 25. & 31. In tantum, ut, licet rem modicam celaverit, vel ſurripuerit, tamen idem dicendum ſit; & ità, propter parvum maleficium, magnum ab illa perdatur beneficium, ut ex Baldo tradit Weſel, & cum illo Charondas, Loyſeau, Bouvot. Chriſtinæus, Coquille, in locis, quos exhibet *cap.* 1. *num.* 146. Choppin. *d. LL. Andium, lib.* 3. *tit.* 2. *num.* 5. Et quòd tali in caſu, ſi Vidua aliquid ſurripuerit, vel celaverit, nec in integrum Reſtitutio ei indulgeatur, ut in puncto docetur à Chaſſanæo, *d. rubr.* 4. §. 20. ad verba: *Dedans* 24. *heures.* ibi: *Et adhuc multo magis ſi ſubtraxerit, celaverit, aut occultaverit bona Mariti; quoniam hoc caſu privatur jure renunciandi,* &

§. 21.

§. 21. num. 6. Facit *Lex 37. in fine.* ibi: *Non fit excusatio adversus præcepta Legum ei, qui, dùm leges invocat, contra eas committit. ff. d. minor. ibiq.* Ddd. Idem tradit Christinæus, *ad LL. Mechlin. tit. 9. art. 8. in addit. ad num. 18.* ubi etiam Charondam laudat idem sentientem.

Quia tamen, per nudam rerum communium contrectationem, inter Socios furtum non committi intelligitur: *L. 51. ff. pro soc. L. 3. Cod. famil. hercisc.* quocircà hæc jura non aliter obtinent, quàm si res à muliere clanculùm amotas, vel insidiosè surreptas esse, liquidò demonstretur. Choppin. *d. l. num. 5.* Et hâc ipsâ de causâ Viduam etiam ad corporale juramentum, quòd nihil dolosè retinuerit, vel amoverit, compelli posse, tùm Statutis locorum, tùm à Nostris saluberrimè definitum videre est. Repetantur suprà tradita ad §. 51. Mev. *ad Jus Lubec. part. 3. tit. 1. art. 10. num. 37.*

§. CXXXIX.

Quodsi Vidua priùs Acquæstui renunciet, ac demùm posteà aliquid subducat, vel intervertat, tùm id semel disertè factam renunciationem non infringere; eò quòd talis subsequens interversio potiùs rerum amotarum vel furti judicium adversus illam pariat, quàm ut eandem in servitutem actionum semel exutarum & renunciatione detersarum reclamet, argumento est *Lex 71. §. ult. de acquir. vel omitt. hered.* Argentræus, *d. l.* ubi hoc vehementer notandum dicit, & in casu, quô ipsa Renunciatio in fraudem facta probari potest, ut scil. res tanto securiùs interverterentur, notabiliter limitat. Heeser. *d. loco 16. num. 190.* Choppin. *de LLb. And. lib. 3. tit. 2. num. 18.* ubi optimè ita: Sicut, inquit, suus hæres, qui aliquid ex hæreditate amoverit, eâ abstinendi beneficium non habet: sin autem se ante abstinuerit, deindè amoverit, furti potiùs alligatur Creditoribus, quàm pro hærede gessisse videatur; *L. 71. §. 3. & ult. de acq. vel omitt. H.* Ità Vidua mulier, quæ bona communia surripuerit, mox communioni renunciavit, mulctatur renunciationis beneficio, &, tanquàm socia, cunctis societatis oneribus implicatur: Secùs de ea, quæ priùs bona repudiavit, quàm expilaret; addens, juxta hanc sententiam Curiam Parlamentarem tùm Anno 1387. tùm Anno 1582. in causis ibidem recitatis judicasse. Heeser. *d. l. n. 199.* cum Delommeau, Louet, Tronçon, Belordeau, Bouvot. Duret. & Buridan. Wesel *d. l. in fin.* Addat. Christinæus, *ad Consuetud. Mechlin. tit. 9. art. 8. in addit. ad num. 18.* Idem, *d. vol. 1. Dec. 206. num. 14.* Dn. Lauterbach, *de ære alieno in S, C, contr, §. 71. num. 8.*

Sed

Sed & sive Vidua aliquid amoverit, sive celaverit; tamen ipsam ultra suam dimidiam portionem ex acquæstibus (& in Gallia ex mobilibus) ei debitam non onerari, author est Paponius, *arrestor. Regni Franc. lib. 2. tit. 2. arresto 1.* ibi: *Elle est tenue aux dettes par moitié, & ne joint de la commodité de sa renonciation.* Quod & dicit Heeser, *de acq. conjugali, part. 2. loco 23. num. 360.* Christinæus, *Decc. Belgicar. vol. 1. Dec. 206. num. 14.* Chassanæus, *d. §. 21.* ad verba: *Ayent soubtrait. num. 7.* ibi: *In totum privantur Beneficiô abstinendi se à bonis acquisitis & mobilibus, & à solutione debitorum pro parte occultatâ; sed in totum tenentur pro eorum parte.*

§. CXL.

Hisce proximum est, quòd, Octavò, etiam fraudulenta connubialium lucrorum cessio sive renunciatio non liberet cedentem æris alieni contributione. Quâ de causâ, cùm Numeriâ fato præreptâ, ejus unicus filius diem pariter obiisset, & Pater superstes maternis istius Filii cognatis, & maternorum fundorum hæredibus, de ære alieno pro parte solvendo controversiâ movisset; illi verò id totum, constante conjugali Societate, cui ipsi, solis maternis filii hærediolis contenti, prorsùs renunciatum velint, contractum obtenderent, Pater illis jure optimo maximo opposuit, quòd ipsi, manifestâ æris debiti fraude, lucris connubialibus, & (juxta Gallorum mores) mobilibus cedant; quippè quæ à Numeriâ suâ Uxore isti Filio relicta, & jam denuò in ipsum, ceu ejus Patrem, cum reliquâ filii hæreditate transmissa fuerint, sic, ut ipsi proindè istorum lucrorum, itemque Mobilium, nullo modo capaces sint. Cùm verò nemo alius repudiare possit, quàm qui etiam acquirere; *L. 4. de acquir. vel omitt. hered.* & illi Materni filii Cognati spendida Matris patrimonia, ab illâ in Filium devoluta possideant, quare æquius visum fuit, ut ipsi, pro rata illius compendii hæreditarii, in omnibus filii hærediis percepti, æris quoque alieni, maternam hæreditatem onerantis, saburram subirent, per *L. 50. §. 1. ff. d. judic.* Accedebat, quòd quidem non soli viduæ; sed & ejus hæredi seriatim permissum sit, bonorum communione abstinere; sed ulterioris gradûs successoribus nusquàm. Sicut enim semel adita defuncti hæreditas proprium hæredis patrimonium fit; *L. 10. §. 2. de vulg. & pupill. substit.* ità æs alienum ab initio sociale sive connubiale, jam Uxore & sociâ fato abreptâ, pro parte dimidia ipsius

Y Filii

Filii & materni hæredis debitum nomen efficitur, cujus onus hujus Filii Cognati hæredes declinare non possint; eo quòd ipsi, filii hæreditatem adeundo, tanquàm una & eadem cum illo persona, non potuerint non ejusdem Creditoribus, ad id omne, quod ipse hic filius debuit, exolvendum obstringi, per *L. 12. & 49. de Obl. & Act. Nov. 44. in med. præfat.* Renatus Choppinus, *de morib. Parisior. lib. 2. tit. 1. num. 28.* Addat. Heeser. *de A. C. part. 2. Loco 16. num. 149.* ubi pariter simulatam & non sincerè; sed tantummodò dicis gratia factam renunciationem, rectissimè reprobat ex doctrina Berlichii, *Dec. 114. num. 19.* ubi scribit, suo tempore hunc casum Lipsiæ contigisse, ut quidam Maritus, grandi ære alieno oppressus, veritus, ne, post mortem Uxoris, Creditores illud, quod sibi ex bonis Uxoris delatum iri sperabat, præriperent, huic Lucro quidem renuntiaverit; sed tamen simùl Uxorem induxerit, ut conditô Testamentô se Maritum heredem ex asse scriberet, adjectis certis conditionibus & præcipuè hôc additô, quòd Mariti Creditores ex bonis Uxoris omninò nihil cōsequi deberent; sed Maritus quotannis usumfructum ex bonis, ad suiipsius sustentationem & sumptus Processuum, quos cum Creditoribus habebat, perciperet; in casum verò mortis illa suis Consanguineis, vel quibus vellet, restitueret: Addens, Casum hunc ità fuisse decisum, quòd Renunciatio à Marito Uxori facta, ceu solùm simulata, pro non factâ habenda sit. Sicut enim cuilibet, lucro quærendo renuntiare, liberum est; ità fraudulenter Renunciationem minùs syncerè factam prætendere, decipienti lucro esse non debet, verbo Mevii, *ad Jus Lubec. p. 2. tit. 2. art. 12. num. 457.*

Pariformiter hoc renunciationis beneficium etiam tunc denegabitur, si ista communium bonorum separatio atque renunciatio per Uxoris & Mariti adhuc viventis fraudulentum colludium, seu, ut loquitur *Lex 8. princ. mandat.* collusium fiat; de quo benè Choppinus, *de LLb. Andium, lib. 3. tit. 2. num. 5. in fin.* ibi: *Nec verò præmortuis solùm Viris adstruitur Fraus ejusmodi à Viduis Conjugibus, Heredum dispendio; sed* vivis *quoq;* iisdem, per Colludium, velut ex compacto, *promovetur in jure bonorum separatio repudiatioq; in perniciem communium Creditorum. Cui muliebri fuco imposterum avertendo cautiones adhibitæ sunt Rothomagensi Neustriæ S. consulto perpetuo, 3. Cal. Septembr. Anno 1555. Eô namq; statutum fuit, Principales Codicillos Uxoriæ*

bono-

bonorum separationis ac renunciationis edi Regio actori, unà cum singulorum nominibus Creditorum, illos etiam, vicatim & compitatim, praeconio evulgari, promulgari, communes etiam Creditores in jus acciri, talem separationem vel impugnaturos, vel probaturos. Solennem adhaec conjugalium mobilium, καὶ τῶν παραφέρνων Uxoris Catalogum referri in tabularium fori Regii. Disparatorum rursùs Conjugum nomina & cognomina pensilibus chartis inscribi, cum Praetorio Decreto Separationis ejusmodi, publicasq; talium epigrammatῶν tabulas Officinae patrii cujusq; Tabellionis praefigi. Sctum deniq; istud in omnibus Neustriae Tribunalibus propalàm recitari, & in Acta regeri cujuslibet Normannicae jurisdictionis. Addantur, quae habet Benvenutus Straccha, *de decoctorib. part. 3. num. 36.*

§. CXLI.

Nonò, negatur hoc Juris subsidium, si Uxor suo luxu, ignavia, prodigalitate mariti censum dissipaverit & consumpserit, & posteà miseros Creditores, quorum pecuniam ipsa deglutivit, vel in sumptus inutiles dilapidavit, hac renunciatione, suaeque dotis & aliorum illatorum repetitione defraudare contendat. Quam in rem elegantia & profectò asterisco dignissima recitat Johannes Grivellus, *Dec. Dol. 20. num. 22. & sqq.* Undè talem Mulierem, suam dotem, cum caeteris illatis repetentem, doli exceptione submovendam rectè scribit, post Asinium, Honded. Heringium, Friderum, Schepliz. Kohl. *ad constit. Marchic. Q. 5. numer. 8.* arg. *L. 6. ff. de doli except.* Heeser. *d. Loco 16. num. 203. & sqq.* ubi variè haec temperat. Adde tx. expressum in J. nostro Prov. *part. 1. tit. 76.* §. Nicht weniger. ibi: So fern Sie anders an ihres Manns Verderben unschuldig / welches wir zu Unserer Amptleuth und Gericht Erkantnus stellen. *pag. 219.* Hinc in Reform. Francofurt. rectissimè disponitur, daß / wann des verstorbenen Ehegatten nächste Erben / oder die Creditores, ehehaffte / redliche und rechtmässige Ursachen / warumb der Verzieg nicht angenommen / noch auch der begehrten Separation statt gegeben werden solle / für zu wenden hätten / daß dieselbe auch gehöret / und / nach Befindung der Sachen / erkennt werden solle / was recht ist. §. 3. *tit. 7. art. 6.* Quibus gemina caventur in Jure Provinc. Palatino, *part. 4. tit. 7. art. 2. in fin.*

§. CXLII.

Porrò etiam Tacita istius beneficii Renunciatio ei contraria-

tur, si videlicet, quæ Decima limitatio est, Vidua Acquæstus ipsa acceptet; B. Dn. Bardili, *de Statutar. conjug. port. θ. ult.* ità quidem, ut actus, quos ipsa exercet circa bona acquisita, citra nomen & jus communionis fieri non possint; ut loquitur Heeser, *d. Loco 16. n. 194.* Nam mobilia contrectâsse, vendidisse, intervertisse, pactam esse, alienasse, acceptasse, debita exegisse, diem solutioni produxisse, in judicium ex ea causa vocasse, immixtionem inducere, his ipsis formalibus author est Argentræus, *d. art. 415. gl. 3. n. 2.* quem sequitur Heeser. *c. 1. n. 191. & 195.* Sanz. *lib. 2. cap. 12. n. 26.* ibi: *Quia acceptavit lucrum, obligata permanet.* Quandocunque verò mulier comunes conjugii fortunas agnovit, Creditores contra illam agere posse, in puncto decidit Joh. Yannez Parladorius, *rer. quotidian. lib. 2. cap. ult. part. 3. §. 1. n. 2. in fin.* Etiamsi hæc ipsa Acquæstuum acceptatio cum beneficio inventarii fiat; Christinæus, ad *LL. Mechlin. tit. 9. art. 8. n. 26.* illic: *Proindè neq; Mulier superstes, etiamsi sub beneficio Inventarii apprehenderit bona mobilia & acquæstus, in domo mortuariâ sui Mariti reperta, se poterit eximere & liberare à solutione debitorum.* An verò idem de Viduæ heredibus dicendum sit? videatur Christinæus, *ad LL. Mechlin. tit. 9. art. 8. num. 11.* ubi ità: *Hîc*, ait, *non absurdè in disputationem ac dubium deduci potest Q. illa, quâ Qr: An bona Mulieris prædefunctæ, Marito superstite relicta executioni tradi queant pro debitis ipsius Mariti, pro quibus ipsa non promisit,* etiamsi ejus Heredes apprehenderint acceperintve, per divisionem, Dimidietatem bonorum mobilium & acquisitorum? *Pro negativa sententia stat notissimum Juris axioma, Ne uxor pro marito, cui per Statutum hoc nullo modo derogatum est, cùm tantùm loquatur in uno casu limitativè,* si Uxor apprehendat, post mortem Viri, bona mobilia aut acquisita. *Undè Casûs* omissus, *qui hic in controversiam venit, manere & relinqui debet dispositioni Juris Communis, secundum L. Commodissimè. ff. de liber. & posthum. L. Si cùm dotem. ff. sol. matrimon. cum similibus aliis sæpè allegatis: Tantum enim Statutum disponit, quantum loquitur, & non plus. Cephalus, consil. 297. num. 16. cum sqq. vol. 2. Quod igitur Statutum non dicit, nec nos dicere debemus; eóq; magis, quia sub finem horum Statutorum dictum est, quòd omnes Causæ, quæ specialiter non sunt decisæ per Statutum, debeant decidi secundum Juris dispositionem: Ac deniq;*

quia

quia in prædicto casu militat ratio & æquitas pro Heredibus, ob id, quòd, Muliere decedente ante suum Maritum, habeat Creditor suum regressum adversus superstitem Maritum, suum Debitorem; ubi aliàs post decessum Mariti, Uxore supervivente, sæpè nullibi suum habeat regressum, quàm in & adversus Bona mobilia. Cœterùm ea, quæ diximus, etiam tunc obtinent, si Vidua vel verbis, vel rebus ipsis & talibus factis, quæ citra jus & nomen heredis fieri non possunt, hæreditatem Mariti adeat, sive suam Statutariam portionem agnoscat, prætendat, accipiat. Videat. B. Dn. Wibelius, *de contractib. mulier. cap. 3. §. 1. num. 48.* & Heeser, *d. l. num. 194.* Diversum sentiendum, si ipsa tantùm post obitum mariti in administratione familiæ perseveret, eo quòd causam suæ Possessionis non mutâsse præsumatur, nisi verbo, vel facto, istum animum declaret; post Rolandum à Valle, & Giurbam, Heeser. *d. Loco 16. num. 190.* vel de Penu saltem vivat. Argentræus, *ad d. artic. 4. & 5. gl. 6.* Repetantur suprà tradita *in §. 44.*

§. CXLIII.

Sed utrum Fœmina in ejusmodi casibus audiri debeat, si demùm ex post facto, postquàm scilicet ipsa sese Bonis communibus jamjam immiscuit, vel Hereditatem Mariti adivit, suamve Portionem Statutariam agnovit, grave Æs alienum maritale emergat? Hoc equidém in Locis, ubi Fœmina non est Heres sui Mariti, generaliter affirmat Ludovicus Molina, *de J. & J. tract. 2. Disput. 435. num. 5.* ubi ità: Esto, inquit, dissolutum jam sit Matrimonium, Uxorque in possessionem medietatis lucrorum missa sit, eisque sit usa, si manifestentur Debita mariti, atque ab illà exigantur, conceditur ei facultas renunciandi in suum favorem medietati lucrorum, illamque tradendi, ut ab obligatione Debitorum liberetur, abdicando à se Dominiú verùm ejus medietatis, quod illucusque habuit. Obiter autem observa, longè aliter rem se habere in Uxore, ut renunciatione lucrorum non teneatur ad debita Mariti; & in Herede, ut renunciatione Hereditatis non teneatur ad debita defuncti. Uxor enim renunciare potest Lucris, etiamsi eorum comparaverit possessionem, ejusque tanquàm suis,

fit usa: Heres verò non potest repudiare hereditatem, eô ipsô, quòd illi semel se immiscuit, Eamqne tacitè, aut expresse adivit. Ità ille, *d. l.* cum quibus jungenda, quæ ibid. porrò tradit, *num. 6.* Nobis inter Mulierem minorennem & majorennem distinguendum videtur. Illam, ex capite minoris ætatis, ad salubre beneficium restitutionis in integrum haud difficulter admitti debere, totus Tit. suadet ff. *de minor. 25. ann.* Sed quod attinet Majorennem, si quidem de illis Provinciis quæratur, ubi Conjux suo Conjugi, cum Liberis, vel aliis Heredibus, succedit, sanè rariùs contingit, ut Mulier, quæ semel Mariti sui hæreditatem simpliciter adivit, ad renunciationem lucrorum conjugalium, ob noviter emergens grande Æs alienum, etiam per in integrum restitutionem, admittatur: per *L. fin.* §. *14. Cod. de jur. delib.* & tradita Fabri, *in Cod. Sabaud. lib. 6. tit. de jure deliber. Def. 7.* Guidonis Papæ, *Decis. Gratianopol. 473. n. 4.* Christinæi, *Belgicar. Decc. vol. 4. Dec. 213. num. 142. & sqq.* Neque aliter, quàm si docere possit, se, justô Errore lapsam, Hereditatem primo aspectu lucrosam adivisse, quam quilibet etiam oculatissimus Paterfamiliâs talem judicavisset & adivisset, hoc auxilium eidem indulgeatur; arg. *L. 1.* §. *fin. ff. ex quib. caus. major.* §. *5. Inst. de hered. qualit. & differ.* ubi Vinnius, *num. 5.* Rittershus. *ad eund.* §. *5.* ubi ità notanter: *Secundò*, inquit, *excipitur etiam Major, qui hereditatem adiit eam, in quâ NB.* latuit grande Æs alienum, *quod posteriùs demùm emersit. Nam & hic restituitur in integrum, ob justam nempe ignorantiam, vel etiam ex generali illa Clausula: Si qua mihi justa causa videbitur &c.* latè Sfortia Oddus, *tract. de in int. restitut. part. 2. Q. 62. artic. 14.* Petr. Rebuffus, *ad Constit. Reg. artic. 1. gloss. 1. num. 32.* B. Dn. Bardili, *de heredit. adit. θ. ult. in fin.* & *concl. theor. pract. exercit. 5. conclus. 19.* Addatur nostrorum Consilior. *Vol. 2. Consil. 18. n. 359. usq. ad fin.* Si verò Vidua defuncti Mariti hereditatem cum beneficio Inventarii adiverit, videbatur quidem, illam hôc in integrum rrstitutionis beneficiô non opus habere, cùm ipsa vi hujus communis beneficii, & sic quasi ipso jure tuta videatur; per *d. L. ult. Cod. de jure delib.* Verùm, quia hoc ipsum Inventarii Beneficium non ulteriùs operatur, quàm ut ipsa ultra vires Hereditatis à Marito relictæ illius Creditoribus haud teneatur: à suis verò obligationibus, quibus ipsa

ipsa Creditoribus, propter Debita Socialia à Marito contracta, tanquàm Socia obstringitur, vi solius Beneficii Justinianei, nimirum Inventarii, haud liberatur: Quid enim Confectio solennis inventarii cum hac connubiali Bonorum inter Conjuges, & tùm Lucrorum, tùm etiam Socialium Debitorum communione commune habet; cùm hæc omnia LLbus Justinianeis omninò ignota sint? quocircà rectè à Paulo Christinæo decisum putamus, quando scribit, Mulierem, etiamsi sub beneficio inventarii apprehendat Acquæstus, & bona mobilia, in domo mortuariâ mariti reperta, tamen sese à solutione debitorum haud eximere, ad *LL. Mechliniæ, d. tit. 9. artic. 8. num. 26.* Cœterùm nulli dubitamus, quin ejusmodi Mulier, quæ cum beneficio Inventarii adivit, faciliùs, quàm illa, quæ simpliciter adivit, in integrum restitui, atque ità, mediante hôc æquissimô beneficiô, ad Renunciationem admitti debeat; eo quòd eidem, dùm solenne & legale inventarium confecit, vix ullo casu aliqua Culpa imputari possit. Sicque tali in casu indemnitas, Mulieri, duplici Remedio, nempe quoad Mariti à sese aditam Hereditatem, beneficio Inventarii, & quoad Bonorum, indeque fluentem etiam Æris alieni Socialis communionem, beneficio in integrum Restitutionis, & post illam faciendæ Renunciationis, conciliatur. In aliis verò Locis, ubi Uxor Marito, tanquàm Heres, non succedit, illi quidem Ludovici Molinæ asserto non ità simpliciter subscribendum arbitramur, quasi scil. Mulier, apprehensis jamjam lucris connubialibus, emergente deinceps gravi ære alieno, simpliciter & semper ad Renunciationem admitti deberet; sed verius reputamus, quòd illis nec semper, sub prætextu seu favore Sexûs fœminei, Restitutio in integrum concedi debeat; prout etiam non semel, semetipso referente, præsertim in causa coram Mechliniensis Civitatis Duumviris, in causa Domicellæ Mariæ de Helt, Impetrantis ex una, contra Guilielmum Presters, Reum, ex altera parte, agitata, Anno 1588. judicatum recenset Paulus Christinæus, *cit. loc. num. 27.* Si tamen & ipsæ suâ facilitate justôque errore deceptæ fuerint, non iniquum est, & ipsis per restitutionem in integrum succurri; juxta ea, quæ in terminis suggerit Mevius, *ad Jus Lubec. part. 3. tit. 1. artic. 10. in addition. ad num. 77.* ibi: *Si diutiùs Uxor in bonis Mariti, quòd solvendo illa credidit, versatur, illud tempus non nocet; sed à tempore Scientiæ demùm computatur; ideò, ubi posteà aliud rescivit, dereli-*

ctione

ctione se liberare potest, uti in causa Viduæ Abrahami Richters *quondàm consului, & ità pronunciatum scio. Facilitate suâ, aut Errore deceptis mulieribus, petitâ restitutione in integrum, subventum fuisse, exempla scio: quam tamen non ut Minores; sed ut Majores, ex capite, si qua justa causa &c. impetrant.*

§. CXLIV.

Undecimò, hanc facultatem lucris renunciandi, ceu Jure merè positivò introductam, contrario Jure seu scripto, seu non scripto, abrogari valere, dubitandum non est; per *L. 32. ff. de LL.* & in terminis annotata per Renatum Choppinum, *de mor. Parisior. lib. 2. tit. 1. num. 21.* Christinæum, *ad LL. Mechlin. d. tit. 9. art. 8. n. 30.* Quemadmodum Denremondæ, Alosti, & passim in Flandria Viduas solutionem debitorum, etiam renunciando bonis communibus, evadere non posse, author est Christinæus, *in addit. ad dictum art. 8. n. 1.* Addat. de Moribus Aureliorum aliquid referens Paponius, *in Corp. Jur. Francici, lib. 15. tit. 2. arr. 1. §. Par la coutume d'Orleans.* Et inprimis huc pertinent, quæ de moribus Gandavi recenset Damhouderius, *in Prx. rer. civil. cap. 18. num. 20.* ubi scribit, quòd, licet per contractum antenuptialem prædictum fuisset, quòd Vidua futura nulla Mariti defuncti, aut domûs mortuariæ debita exolveret, eò tamen casu ipsa Vidua nihilominùs interim maneret obligata, sic, ut de debitis respondere, & omnibus domûs mortuariæ Creditoribus persolvere debeat. Veruntamen hoc beneficium, per talem contractum consequitur, quòd per eam ipsi competat actio & recursus ad Heredem, vel heredes defuncti, ut ab iis pèr se soluta debita reposcat: in quo recursum habendo priùs illud notandum est, & præsupponitur, quòd aliquis heres comparuerit, & in domum mortuariam ingressum fecerit, & debitam Cautionem præstiterit. Is enim si non comparuerit, (Nam hereditatem quivis recusare potest) ipsa Vidua ad solutionem obligata permanet, & eò recursûs vel actionis beneficio frustratur. Quid verò de tali Consuetudine vel Statuto, quòd Fœmina quidem acquæstui conjugali renunciandi facultatem habere; sed hæc renunciatio creditoribus socialibus non damnosa esse debeat, habendum sit? latè disputat Paponius, *in Corp. Juris Franc. lib. 15, tit. 2. Arr. 1.* ubi ità inter alia. *Que c'étoit une coûtume captieuse, permettre de pouvoir renoncer à la communauté, & toutefois*

fois que telle renonciation ne puisse naire aux Creanciers. Car de deux choses l'une : Ou la communauté est lucrative, & ce seroit folie d'y renoncer ; Ou elle êt onereuse, & la renonciation en seroit frustratoire. Que si on vouloit entendre la Coutume pour dire, que telle renonciation vaudra non pas au prejudice des Creanciers ; mais bien au prejudice des heritiers du Mary, contre lesquels la Veufue pourra bien avoir son recours, si bon luy semble ; Premierement ce recours sera tout inutile, si le Mary est decedé non solvable, &c.

§. CXLV.

Ex post facto retractatur hæc renunciatio beneficiô in integrum restitutionis; quam quidem non mereri censetur sola Sexûs fragilitas. Vel enim Vidua, aut cedentis Uxor, cum specifico sui Curatoris consensu, vel absque illo renunciavit. In posteriore casu hæc renunciatio ipso jure est nulla. In priori verò ideò nulli retractationi obnoxia est; quòd Fœmina, cum Curatoris consensu actum aliquem celebrans, pro majorenni haberi debeat; quibus quòd regulariter non subveniatur, juris est tralatitii. Quò & faciunt, quæ in casu apprehensæ Mobilium, & Acquæstuum in domo Mariti repertorum possessionis, docet Paulus Christinæus, *ad LL. Mechlin. tit. 9. art. 8. num. 27.* verbis: *Imò ne quidem sub beneficio restitutionis in integrum, impetrando sub prætextu aut favore Sexûs fœminei: uti, me referente, semel atq; iterum judicatum fuit, præsertim in Causa, coram hujus urbis Duodecimviris, pendente inter Domicellam Mariam de Helt, Viduam quondam Christiani Reynen, Impetrantem, ex unâ, & Guilielmum Prestens, Reum & Actorem in Reconventione, ex altera, Anno 1588. Siquidem in iis, quæ introducta sunt ad conservandum rigorem Statuti, non excusantur Mulieres, Rustici, aut similes Personæ, quibus alioqui facilè parcitur. L. ult. Cod. de testam.* Heeser. *d. Loco 16. num. 185.*

§. CXLVI.

Benè tamen hoc Prætoris auxilium conceditur, si Vidua renuncians, ex capite Minoris adhuc ætatis, & ad se redundantis læsionis non modicæ, quod Judicis haud dubiè arbitrio relinquitur, arg. *L. 1. de jure delib.* & per tradita Bachovii, *in Comment. ad tit. ff. d. Minor. cap. 2. num. 1.* id decenter imploret. Tametsi enim, talibus etiam in casibus, Beneficium in integrum restitutionis Mulieribus haud indulgeri debere, contendat Johannes Gutierrezius, *pract. Qq. lib. 2. Q. 126. num. 4.* Burgos de Paz, eumque referens Ludov. Moli-

na, *de J. & I. tract. 2. Disp. 435. n. 6. in fin.* ibi: *Quodsi lucra acceptent, tenentur ad medietatem Debitorum: Si verò semel illis renuncient, esto Uxor sit, quæ renunciavit, non admittitur posteà contra eam renunciationem, quamvis sit* enormiter læsa, *& quamvis sit* minor: Tamen suprà jam diximus, hoc effatum non congruere toti titulo *de minor. 25. ann.* in §. *89. in fin.* Ex quo rectè divortium hîc facit Peckius, *de testam. conjug. lib. 1. cap. 32. num. 7.* Christinæus, *ad LL. Mechliniens. tit. 9. artic. 8. num. 23. & 27.* Grivellus, *Decis. Dolana 20. num. 24.* ibi: *Obligationes & Renunciationes.* Heeser. *d. part. 2. Loco 16. n. 179.*

§. CXLVII.

Idem etiam tunc procul dubio admittendum, si etiam Majorennis dolosis hæredum persuasionibus ad renunciandum pellecta fuerit, suppressis tabulis obligationum, seu eidem celatis instrumentis debitorum & Creditorum, vel exaggeratione grandis Æris alieni, quod tamen posteà, jam tùm temporis majorem partem solutum fuisse, probari potest, sese dicat perterritam, aliisve illecebris ad renunciationem acquæstuum permotam; in terminis Argentræus, *ad d. artic. 415. gl. 3. num. 4.* ubi, se meminisse, scribit, ex his causis quandoque mulieres restitutas, ità tamen, ut interim ab hæredibus gesta in suo valore relicta fuerint; arg. *L. 22. ff. d. minor.* Heeser. *d. Loco 16. num. 184.* Christinæus, *ad LL. Mechlin. tit. 9. art. 8. in addit. ad n. 18.* ubi, talibus in casibus, tàm contra acceptationem, quàm renunciationem communionis, in integrum restitutioni locum concedit; prout pluribus ibi differit, in verbis: *An Vidua, quæ non renunciavit Communitati ex formâ in hoc articulo præscriptâ, restitui possit? à DDb. multùm disputatur. Et Guido Coquille, Q. 15. dicit,* Minorem *restitui posse, si modò nihil ex bonis Communitatis alienavit, abscondit &c. Ut secus sit, si bona alienavit, abscondit &c. Vide Charondam, in Pandect. lib. 2. cap. 5. in fin. & lib. 8. Resp. 15. Idem est dicendum, si Vidua* Major *sit, si modò bona Communitatis non alienavit, occultavit &c. uti etiam intellexerunt Scabini Mechlinienses, in causa die 16. Aug. Anno 1622. contra Viduam Johannis Pijns, coram illis ventilatâ, quæ in partes distraxerat mobilia Communitatis. Et pro eâdem opinione est doctrina Caroli de Loyseau, lib. 4. tit. 2. per tot. & præsertim num. 4. & sqq. Quod quidam putant non esse verum, & inter alios Charondas, ad Consuetud. Paris. artic. 237. vers. Toutefois. qui putat, eam restitui posse contra apprehensionem Comunitatis* propter sexûs fragilitatem, retituendo Creditorib⁹, quod ex bonis

bonis Communitatis *accepit. Sed hoc mihi non placet, cùm per apprehensionem prædictam jus sit acquisitum Creditorib⁹ hereditariis, in quorum præjudicium restitutio facilè concedi non potest. Sed nota in prædicta Causâ, quòd Vidua Johannis Pijns, tempore petitæ restitutionis, ad secundas jam convolaverat nuptias, quod ejus causam reddebat minùs favorabilem, ex doctrina Tronchon. ad Consuetud. Paris. d. artic. 237. gloss. ad verb. Renoncer. in fin. Sed quid si Vidua majorennis, se fuisse pellectam suasionibus Heredum asserat, & celatas sibi tabulas, instrumenta Creditorum, & debitorum conqueratur? Eo casu restitutioni locum esse tàm contra Acceptationem, quàm Repudiationem Communitatis, vult Argentre. ad Consuetud. Britann. tit. des mariages, artic. 415. gloss. 3. num. 4. post eum Tronchon, d. l. qui docent, eum facilè concedi non debere, &c.*

§. CXLVIII.

Per actum verò huic ipsi Renunciationi contrarium, quòd non recedatur à semel factâ renunciatione, arg. *L. 4. Cod. de repud. hæred.* benè notat Christinæus, *ad LL. Mechlin. tit. 9. art. 8. num. 29.* Elbert. Leoninus, *consil. 27. num. 2.* Ludovic. Charondas, *Ressp. lib. 2. Ressp. 103.* Ex quo etiam rerum ad massam bonorum spectantium surreptio, hanc renunciationem subsequens, eandem in suis effectibus non perimit; ut proximè audivimus. Addat. Heeser. *d. Loco 16. num. 200.*

§. CXLIX.

Ad Affinia Renunciationis in proprium mulieris favorem factæ pertinent illæ præcipuè Consuetudines, quæ disponunt, quòd Fœminæ, ultra suam dimidiam in Acquæstibus conjugalibus & bonis mobilibus, ab onere æris alieni maritalis, ipso jure tutæ esse, & ad illud solvendum, de suis illatis nullatenùs compelli vel obstrictæ esse debeant: qualem dispositionem notabilem & sanctam in plerisque Galliarum ditionibus obtinentem appellat & describit Johannes Paponius, *in Corpore Juris Francici, lib. 15. tit. 2. arr. 28.* Carol. Merlinus, *ad Consf. Pictav. art. 252.* ibi: *Etenim in locis, in quibus non permittitur Viduæ renunciare Societati; tamen respectu debitorum, in quibus se non obligavit, non tenetur, nisi ad concurrentiam commodi, quod capit è Societate, etiam Parisiis; uti sæpè judicatum.* Molinæus, *tom. 3. pag. nob. 266. p.* & de talibus Provinciis rectè dicitur de fœminis, quòd illæ communi Juris auxiliô meròque jure munitæ sint. *L. 16. princ. de ulxor.*

§. CL.

Sed & pertinet hoc Pactum quòd Uxor de lucris quidem participare; sed nihil de debitis solvere debeat, de quo Chassanæus, *ad Consuetud. Burgund. rubr. 4. §. 9. in pr. num. 1. & 2.* Schepliz, *ad Consuetud. Brandenburg. part. 3. tit. 2. §. 3. num. 2.* Hardewig. Daffel. *ad Consuetud. Luneburg. art. 22. num. 4. & sqq.* Heeser. *de acquæstu conjug. part. 2. loc. 23. num. 372.* Damni namque Communio quòd non sit de substantiâ Societatis, evincit *L. 29. §. 1. ff. pro soc. §. 2. Inst. de societ.* Et hoc conversum: Quòd Uxor non debeat dimidiam acquæstuum sibi habere, & tamen debita pro dimidia solvere; de quo iterum Chassanæus, *cit. loc. d. num. 2.* Heeser. *ibid. num. 373.* Mev. *ad Jus Lubec. part. 1. tit. 5. art. 7. num. 84.* ubi Omnes decidunt, quòd talis Conventio, ceu Societatem ex apologo de leone, asino & vulpe referens, Leonina, & propterea haudquaquàm probari debeat. Jungat. B. Dn. Lauterb. in *tract. synopt. tit. pro Soc. §. 1. num. 9.*

TANTUM.

DEO SOLI GLORIA!



SUM-

SUMMARIA TOTIUS TRACTATUS HUJUS SERIES.

Hæc

Mariti

Judex

 & ali-

98.

99.

Limita-

Ad

Ob

105.

Adde

Majorennis

F I N I S.

SUPPLENDA ET EMENDANDA.

PAg. 23. lin. 6. pro: §. XX. legatur: §. XXII. Pag. 37. quæ in §. 25. de immediatis S. R. Imperii Nobilibus adducuntur, non alio fine inſerendi fuit animus, quàm quòd frequenter Pacta dotalia, præcipuè quoad Acquæſtum Conjugalem, modo ibi relato iniri ſoleant. Nam ſi de Legum diſpoſitione, extra caſum Specialium Pactorum, quæramus, tunc haud dubiè nonnulla, d. l. relata, aliter definienda forent; prout omnibus, Dotalitii & Dotis naturam ſcientibus, liquet. Pag. 48. lin. antepenult. poſt verbum, competit, ſuppleatur: In Novercam, & Vitricum, ex bonis Parentis nihil transfertur. Pag. 56. lin. 5. poſt verbum, annon? ſuppl. declarare debeat. Cætera, ſi quæ inter aliorum laborum molem irrepſére, B. L. pro ſua æquanimitate, haud gravatim ipſe corrigat.

